


EPISTULA LEONINA

CCLXVIII

HEBDOMADALE
PERIODICUM LATINĒ SCRIPTUM,
QUOD ĒDITUR
E DOMO EDITORIĀ INTERRETIALI
CUI NOMEN EST
LEO LATINUS



<http://www.leolatinus.de/>

N.B.! EPISTULAS LEONINAS ACCIPIS G R A T I S ET S I N E ULLĀ OBLIGATIONE. NAM LEO LATINUS PUTAT HOMINIBUS LATINAM LINGUAM DISCENTIBUS AUT DOCENTIBUS CORDI ESSE VERBA LATINA. SI TAMEN TALES EPISTULAS ACCIPERE NON VIS, RESCRIBE HOC NOBIS: TUM STATIM NOMEN TUUM EX INDICE ACCEPTORUM TOLLEMUS.

HŌC TEMPORE DUO FERĒ MILIA HOMINUM LATINĒ DOCTORUM ACCIPIUNT EPISTULAS LEONINAS ELECTRONICĒ MISSAS. EPISTULAS LEONINAS I-CCXXXIX INVENIES IN INTERRETI SUB HAC INSCRIPTIONE, QUAE SEQUITUR: <https://ephemerisnuntii.eu/leonina.php/>

MAXIMĒ ID CURAMUS, UT COPIAM VERBORUM LATINORUM CONVENIENTER AUGEAMUS ET TEXTŪS MODERNOS CUIUSVIS ARGUMENTI QUAM OPTIMĒ IN LATINUM SERMONEM CONVERTAMUS. ROGATUR, UT MANUSCRIPTA MITTANTUR VIĀ ELECTRONICĀ. MENDA SIVE GRAMMATICA SIVE METRICA, QUOAD FIERI POTEST, TACITĒ TOLLUNTUR.

EN HABES EPISTULAM LEONINAM

DUCENTESIMAM DUODESEPTUAGESIMAM (268)

ARGUMENTA

PRAEFATIUNCULA.....	03-04
SPES ANCORA ANIMAE TUTA AC FIRMA.....	05
DE PORCELLO FELICIONE – Apologus Silvestrianus.....	06-08
FELICIONES ANNI INEUNTIS.....	09-10
ORATIO NATALICIA MAXENTII OTTE.....	11-16
MAXENTIIUM LAUDE SAHRAE HELLUARI	17-19
ANNUS MMXXII A SAHRA AESTIMATUS.....	20-29
ECCE CANCELLARIA EXOPTATA !.....	30
CHRONOGRAMMATA ROESSLERIANA.....	31-45
PENTAPOMATOLOGIA.....	46-51
CHRONOGRAMMATA HERBERTIANA.....	52-61
ECHUS VOCES EPISTULAE.....	62-69
<i>Christianus Laes (62) – Victorijs Ciarrocchi Pisarensis (63-64) -</i>	
<i>Joannes Carolus Rossi (64-66) - Naevius Sartorius (66-68) -</i>	
<i>Radulfus Bonaeropolitanus (68-69)</i>	
EMENDANDA ET SUPPLENDA.....	69
VOTA ANNI INEUNTIS LECTORI OBLATA.....	70
LIBRI LEONIS LATINI.....	71-74



QUANDO FIET **PANDYSELECTRIA?**

Vigilate, quia nescitis diem, neque horam.

MATTHAEUS 25. 13.

PRAEFATIUNCULA

LEO LATINUS OMNIBUS HOMINIBUS LATINITATIS AMANTIBUS
SAL.PL.DIC.

Cara Lectrix, Care Lector,

*die novi anni (MMXXIII) altero salutem Tibi dico Teque invito ad hanc Leoninam Epistulam Silvestrianam perlustrandam. Insunt nonnullae symbolae ad ultimam diem anni spectantes: Omni quâ par est observantiâ Tibi commendo Orationem Maxentii Otte Nataliciam necnon Recensionem Anni MMXXII a Sahrâ Wagenknecht factam – muliere sanè extraordinariâ, quae est **Venus corpore, mente Minerva**. Utinam ne nimis parvi pendas symbolas silvestrianas minusculas: feliciones quibus comitantibus homines fortunari creduntur Novum Annum ineuntes; noti paginas Leoninas nimis properê oculis percurrens negligenter praetermittere Pentapomatologiam meam, in quâ cum cetera tum praecipuè tracto pentapoma regale. Denique mente gratissimâ praebeo tibi chronogrammata piè atque artificiosè confecta necnon toto ex corde tibi suadeo, ut perlegas etiam epistulas et echûs voces mihi a lectoribus benignè oblatas, qui cogitationes commotionesque suas animorum exprimant Latinitate iucundissimâ...*

Si ea scripta quae Leo togâ ornavit, haud aspernatus eris – »sublimi feriam sidera vertice«. Ceterum

“EPHEMERIS”, in quâ publicat Leo periodicum suum, nunc habet novam sedem interretialem:

<https://ephemerisnuntii.eu/leonina.php>

Ceterum Christianus Laes Praeses Academiae Latinitati Fovendae, die Papae Silvestri nos monuit de obitu Papae emeriti Benedicti XVI defuncti verbis his (cfr p.62):

»Hoc ultimo anni die etiam preces vel cogitationes vestras petere velim pro papa emerito Benedicto XVI defuncto. Qui Doctor Ecclesiae etiam strenuissimus erat fautor linguae Latinae«.


De eodem Pontifice Maximo Latinissimo refert epistolâ suâ Victorius Ciarrocchi Pisauensis (v.p.63).

Cara Lectrix, care Lector, ANNUM MMXXIII utinam degas – quamvis mediis in temporis nostri tempestatibus – pacificê et iucundê et hilariter, pancraticê valeas et pergas mihi favere.

Medullitus te salutat...

Dr. Nicolaus Groß

Sodalis Academiae Latinitati Fovendae



<http://www.leolatinus.com/>

LEO LATINUS

Senden ex oppidulo Bavariae Suebicae

Die Lunae, 02. m.Ian. a.MMXXII



SPES ANCORA ANIMAE TUTA AC FIRMA

STATUA SPEI. Quam a.1541-45 confecit Jacques Du Brœucq in Belgicâ Ecclesiâ Collegiali Sainte-Waudru de Mons. cfr PAVLVS, Epistula ad Hebraeos 6,18sq. Deum fortissimum solacium habeamus qui confugimus ad tenendam propositam **spem** (19) quam sicut **anchoram habemus animae tutam ac firmam.**

DE PORCELLO

FELICIONE

APOLOGUS SILVESTRIANUS



In mensâ venaliciâ iuxta arcam nummariam *Pistrinae Huberianae* diebus ante diem Silvestri stabant porcelli feliciones¹ multis ordinibus constituti, qui erant ex martipane confecti et recenter plassati necnon quadrifoliis instructi.

¹ **fēliciō**, -ōnis m. *i.q. amuletum, symbolum felicitatis, quod gerens homo credit se fortunari.* cfr Petronius Satyricon, Schelmengeschichten, Lateinisch-deutsch von Konrad Müller und Wilhelm Ehlers, 2., verbesserte Auflage 1978, München p.132: PETRON. Sat. 67,9 Nec melior Scintilla, quae de cervice sua capsellam detraxit aureolam, quam **Felicionem** appellabat. p.133: „Auch nicht besser, zog sich Scintilla ein güldenes Medaillon vom Hals, das sie ihren **Glücksmann** nannte.“ - cfr Petron, Satyricon, Ein römischer Schelmenroman, übersetzt und erläutert von Harry C. Schnur, Stuttgart (Reclam) 1968, p.68: „Scintilla benahm sich nicht besser: Sie löste sich ein goldenes Medaillon vom Halse, das nannte sie ihr **Glücksamulett**.“ - cfr Georges, Ausführliches Lateinisch-deutsches Handwörterbuch, 14.ed. Hannover 1976, tom.I, col. 2712, s.v. Felicio: „das **Glücksmännchen**“. cfr <https://www.gutenberg.org/files/5225/5225-h/5225-h.htm>: THE SATYRICON OF PETRONIUS ARBITER, The Project Gutenberg EBook of The Satyricon, Complete, by Petronius Arbitr, a.2006, *Complete and unexpurgated translation by W. C. Firebaugh*, chapter the sixty-seventh: „And Scintilla was no better. She took off a small golden vanity case which she wore around her neck, and which she called her **Lucky Box**“. - cfr OLD, p.124: „**amolētum** ~ī, n. Also **amolētum**. [perh. AMYLVM + -ETUM] An object used as a **charm to avert evil**, etc., an **amulet**. ...tradunt et de uespertilione, si uiuus super fenestram...adfigatur, **amuletum** esse PLIN.nat.29.83; 37.50; totus ..oriens pro **amuleto** gestare eas (sc. iaspidas) traditur 37.118...“

Quidam porcellus magnitudine suâ ceteris facile praestitit. Qui erat maior quam sodales, quia pistori Hubero hunc porcellum efformanti massula martipanicea aliquantulo superabundaverat. *Babae*, cogitaverat, *hic porcellus optimê est saginatus, utinam aliqui homuncio miserrimus eundem si sumpserit, fortunetur salutariter!*

Hic porcellus felicio extraordinarius vehementer gloriabatur. Îdem sodalibus audientibus: »*Is qui me*« inquit, »*êmerit, per totum annum erit felicissimus, immo, quid dicam, per totum saeculum. Ita fiet!*« - »*Nonne per totum millennium?*«, unus e porcellis sodali respondit iocosê subridens.

Porcellus gloriosus quirivit »*Certissimê!*« et capite sursum sublato et pectore superbiâ tumido coram ceteris coepit in mensâ venaliciâ huc et illuc summis pedum digitis ambulare.

At quia caput in nimiam altitudinem extulit, caespitavit et tux, tax, praeceps de mensâ cecidit in pavementum. Ibidem nunc iacuit porcellus gloriator in multas partes diffractus, vultu non iam superbiente, sed in torvum renidente. Porcellus adhuc iacebat territus, cum subito canis e viâ in pistrinam cucurrit et reliquias martipaniceas raptim degluttivit.

Tum socii raptim exanimati miseruit ceteros porcellos feliciones, et unus ex iis gemens: »*Sanê*« inquit, »*fortuna vitrea est! Tum cum splendet frangitur*«.


Hunc apologum Silvestrianum scripsit *Elke Bräunling*, togâ vestivit *Leo Latinus*.



**Haec chartula permultum afferet felicitatis,
necnon etiam plus porcellorum!**

FELICIONES

ANNI INEUNTIS



In Annum Novum homines libenter inter se donant amuleta et feliciones. Talia sunt panes, crustula, figurae feliciones e martipane vel socolatâ vel ligno vel porcellano vel aliis materiis confectae. Saepe etiam donantur vascula florum, quibus insunt quadrifolia.

Quid significant omnia haec symbola? Quare eadem creduntur valere ad bonam fortunam efficiendam? *Porcellus felicio* in memoriam originaliter revocavit aprum Germanis bestiam fuisse sacram. *Squama cyprini* aut alterius piscis, qui in novum annum comedi solet assatus, libenter imponitur cruminae, nam eâdem effici creditur, ut possessor fortunatus pecuniam accipiat quam plurimam. *Quadrifolium* dicitur hominem fortunare, quia numero foliorum rarissimo multiplicentur salus atque felicitas. Quia maiores nostri cogitabant ferrum vires habere speciales, etiam *hippocrepis* sive *solea equina* facta est felicio. Hippocrepidem si ita suspenderit, ut eius apertura sit tibi adversa, bonam fortunam accipies

bracchiis apertis. At si apertura est deorsum aut intro versa, solea equina felicitatem directê diriget in domum. Multis in regionibus donantur ***bracchîta*¹ Novi Anni**. Quae panificia nodo suo significant se affutura esse hominibus bonam fortunam retinentibus.

Sunt etiam multi alii feliciones qui donantur in novum annum, e.g. ***panis solaris***, i.e. crustulum sôli splendenti simile, quod qui dono accepit donatori renidet felicissimê.



Scripsit ***Elke Bräunling***
togâ vestivit ***Leo Latinus***.

¹+bracchitum, -i n. Brezel.

<https://www.google.com/search?client=firefox-b-d&q=max+otte+weihnachtsansprache#fpstate=ive&vld=cid:81b78088,vid:PKzh-9iJy80>
<https://snbchf.com/video/otte-bdquobewahren-sie-sich-ihren-mut-ihre-zuversichtldquo-weihnachtsansprache-max-otte/>

„Pergite audere et sperare!“

ORATIO NATALICIA

MAXIMILIANI OTTE OECONOMI



ECCE PROF. DR. MAXIMILIANUS OTTE (*1964) OECONOMUS ILLUSTRIS:
»In Natale Domini mihi exopto Pacem.«

LAETUM NATALE DOMINI VOBIS OMNIBUS!

Post annos 2019 et 2020 tertiâ vice hoc vobis exopto toto ex corde. Natale Domini est sollemnitas pacis et contemplationis et humanitatis. Nos christiani celebramus laetum nuntium salutis: Christus Redemptor est natus. Spero post tempus adventuale tumultuosum vobis fore quietem atque otium, quo Natale Domini celebretis in circulo hominum vobis carissimorum. Sive estis christifideles sive non – Natale Domini multum valet ad societatem et familias. In mundo nostro inquieto et pacis experti

nos homines magis magisque desideramus pacem. Scilicet talia semper similiter facta esse, ex quo factum est miraculum Bethlemiticum. At hodie pax multis locis est diffracta. Societas est disiuncta, eius unitas minima, i.e. familia, saepe iam est dilapsa. Bellum fit - in societate et in mundo. Iam in allocutione, quam habui a.2019, dixi Germaniam vehementius disiunctam esse quam umquam antea in historiâ suâ: in Germanos pauperes et divites, in gubernationi fideles et gubernationis criticos factionesque huiusmodi, in orientales et occidentales, in urbanos et rurales necnon in mediōrum functionarios electos¹ et in plebeios operarios². A.2020 accessit nova etiam disiunctio: disiunctio in criticos remediorum morbi coronarii et illos, qui haec remedia passi sunt aut etiam comprobantes foverunt. Etiam duobus annis postea facta est gravis disiunctio eademque septima: quâ societas nostra disiuncta est in eos, qui affirmant arma esse Ucrainianis ferenda et illos, qui hoc recusantes postulent, ut disceptetur de pace. Ista disiunctiones sunt profundae et pertinaces; quibus periclitatur nostrae terrae existentia. Pax autem societatis nostrae iam pridem non solum periclitatur, sed multis locis prorsus non iam exstat. ‚*Populismus*‘ qui dicitur non est causa istius mali, sed nihil est nisi morbi symptoma vel mensura difficultatum. Ii autem homines, qui apertê atque sincerê eloquantur, quales sint difficultates terrae nostrae, supprimuntur aut diffamantur. Testes sumus societatis ordinem stratumque medium in summas angustias adduci atque compelli. Quaedam ratio energiae politica et hominibus et sedi oeconomicae nocentissima terram nostram vexat vehementer. Multae negotiatores non possunt, quin domos suas mercatorias claudant aut Germaniam sedem suam relinquunt – quod ceterum faciunt multi Germani optimê eruditi. Hoc fit etiam alterâ ex causâ: nam in terrâ nostrâ animi hominum sunt affecti libertatis restrictione, multi vexantur timore. Iam a.2021 secundum demoscopiam *Allensbachianam* plerisque Germanis visum est in Germaniâ non iam permitti, ut sententia dicatur liberê. Hoc sensit maioritas Germanorum. Etiam si tantummodo 20% (vicenae partes centesimae) sentirent se suam sententiam non iam posse liberê dicere, haec pars populi multo maior esset, quam ut democratia rectê operaretur. Pavores et suspensiones in societate nostrâ magis magisque percrebuerunt. Homines mediâ ex societate exorti denuntiantur atque diffamantur nominibus ignominiosis, qualia sunt *homines dexterrimi* sive *extremê dextri*, *cives imperiales*,

¹ mediōrum fūnctiōnārīī ēlēctī i.q. orig. *mediale Funktionärselite*.

² plēbeīī operārīī i.q. orig. *arbeitende Bevölkerung*.

denegatores coronae. Talibus verbis increpatoriis qualia sunt *gestor petasi aluminei* his annis proximis multi homines praeproperê sunt usi. Equidem eloquar apertê: **In nostrâ terrâ quidam homines patiuntur persecutionem politicam.** Permulti amiserunt possessionem suam, nonnulli sunt incarcerati. Ista persecutio hominum a publicâ opinione dissidentium oportet finiatur! Tempore pandemiae multa principia civitatis iuridicae sunt fracta, iura fundamentalia sunt restricta, partim paene prorsus sunt abolita. Animus meus vehementer relevatus est, quod quarantaenae tandem finitae sunt et thema obligationis vaccinatoriae saltim in praesenti est sublatum. Recito verba symbolae cuiusdam mediorum socialium: - symbola: „*Sine putativis ,cogitatoribus transversalibus‘ et ,nacistis‘ et ,theoreticis conspirationis‘ hodie adhuc viveremus quarantaenâ inclusi et obligationi vaccinatoriae generali subiecti.*“ - Recitare desii. - Hôc loco gratias ago omnibus, qui pacificê in vias ierunt et iurum fundamentalium restrictioni reclamaverunt.

Mundus funditus transformatur. Temporibus, quibus in irritum cadunt res, quae valuerunt firmissimê atque diutissimê, multi homines salutem petunt in rationibus quam simplicissimis, ut habeant aliquid, quod teneant. Tali affectu animi facile inducuntur, ut quaerant aliquem nocentem, id est *hircum emissarium*, quem in crimen vocent miseriae suae. Deinde fit, ut minoritates terrae propriae affligantur, diffamentur, vexentur, saepe possessione suâ priventur.

Multo magis placet **mos hirci emissarii** traditus, quem coluit gens Israeliana! **In tertio libro Moysis, capitulo 16** îdem mos describitur:

(16,20-23) ,...(sc. Aaron semel in anno)... *positâ utrâque manu super caput eius (sc. hirci emissarii) confiteatur omnes iniquitates filiorum Israhel et universa delicta atque peccata eorum quae inprecans capiti eius emittet illum per hominem paratum in desertum cumque portaverit hircus omnes iniquitates eorum in terram solitariam et dimissus fuerit in deserto revertetur Aaron in tabernaculum testimonii.* ‘

Interdum nescio an exoptem, ut nos restituamus hunc morem vetustum *hirci emissarii biblici*, qui, si cum *moderno* comparamus, est moderatior.

Etiam nos Germani habemus rem magni momenti nobis traditam, quâ adiuvari possimus in calamitatibus superandis: nostram *Legem Fundamentalem*. Hîc in promptu habeo editionem huius libri a Centro eruditionis politicae foederali a.1984 factam. Ex 40 ferê annis hic liber me comitatur. *Populus Germanorum secundum praeambulam legem suam sibi dedit conscia responsalitatibus erga Deum et homines, a voluntate inspiratus, quâ in Europâ coadunatâ membrum iuris aequi consulat paci mundanae*. Admoneo, ut iuribus Lêge Fundamentali firmatis tanta vis attribuaturs quanta iisdem conveniat. **Sec. Articulus 1:** - ut *dignitas hominis respiciatur* neve attingatur diffamatione vel opinione praeiudicatâ. - **Sec. Articulus 2:** - ut *ius* respiciatur *libertatis et vitae et integritatis corporalis* neve hoc ius violetur *obligatione vaccinatoriâ* neve idem ius infirmetur eo quod homines urgentur ad vaccinationem subeundam. - **Sec. Articulus 5:** - ut respiciatur *libertas sententiae dicendae* et ut *impugnetur censura* aut *actiones censurae similes*.

Si denuo vim attribuerimus Lêgi nostrae Fundamentali, multa vertentur in meliora. Iam annis octogenariis *Richardus de Weizsäcker*, Praeses noster foederalis sextus, eo quod locutus est de potestate factionum democratiae nostrae nocenti, effecit disputationes plurimas. Animadverto factiones hodie potentiores esse quam umquam antea. Quae non iam solum participes sunt voluntatis efficiendae – ut Lêge Fundamentali sanctum est – sed ipsae sunt sedes voluntatis efficiendae centrales. Itaque maximê necessarium est, ut reformatione maior vis attribuaturs civium suffragiis. -

Radiophonia nostra publico-iuridica olim iusto meritoque ita instituta est, ut omnibus factionibus vis attribueretur et de rebus factis nuntiaretur iustê atque aequaliter. At hoc iam pridem non iam fit! Radiophonia nostra publico-iuridica nimis magna facta est. Itaque *non iam congruit cum mandatu iustê atque aequaliter nuntiandi*, immo interdum videtur *opinio auditorum spectatorumve consulto et ad libitum dirigi et mutari*. Etiam hac in re reformatio est maximê necessaria.

Itaque difficultates in nostrâ terrâ exaugentur atque ingravescent. Multi homines *pretiis energiae et inflatione monetali raptim exauctis* ad paupertatem aut ad ruinam fortunae suae rediguntur. In rebus politicis multa peccata, multae omissiones factae sunt, quae valuerunt ad istam calamitatem efficiendam. Denique accessit ex Bello Universali altero

primum magnum bellum Europeense (*adn.: nisi respicimus Bellum Cosovense!*). Impetus Russiae est iuri gentium adversarius. Itaque eundem condemno. Germania formaliter non est particeps belli gerendi, sed Ucrainiam adiuvat omnibus viis materiis rationibusque, quae sibi praesto sunt tantâ cum vehementiâ, ut ipse populus noster quasdam molestias patiatur.

Iterum iterumque admonui, ut disceptationes fierent, ne bellum pergeret ingravescere. Hîc non est locus, ut recordati fusius describamus, quomodo bellum etiam etiamque peius et gravius factum sit. Sed operae pretium est studere huic rei pernoscendae. Equidem exopto, ut in Ucrainiâ fiat talis ***Pax Natalicia***, qualis facta est a.1914, cum mirabili vespere natalicio Belli Universalis Prioris multis locis milites inter se adversarii, Angli et Germani et Francogalli et Belgae, qui antea acriter inter se pugnaverant, desierunt pugnare et invicem se unus alterum visitantes dona obtulerunt. Post complures demum dies praepositis utriusque exercitûs poenas severissimas minantibus id contigit, ut milites pugnare pergerent. --- Hodie in Ucrainiâ Orientali saepe Russi ethnici pugnant cum hominibus suae gentis propriae in Ucrainiâ natis. Quibus quam vehementer exopto Pacem Nataliciam, quâ efficiantur indutiae diuturnae, ut tandem finiatur strages cruentissima.

Nos Germani 40 annis rei publicae nostrae prioribus in eam consuetudinem veneramus optimam atque firmissimam, ne umquam belli participes fieremus, nisi impetus fieret directus in territorium rei publicae foederalis aut Natonis. Unus ex iis, qui summam operam dederunt, ne Germania implicaretur actionibus bellicis, fuit ***Gustavus Heinemann***, praeses rei publicae foederalis tertius. Feliciter accidit, ut grapheum meum Coloniense situm sit ad ***Ripam Gustavi Heinemann***. Quae ripa cottidie mihi in memoriam revocat, quantum effici possit in rebus politicis.

Oportet fieri possit, ut terra protegat se ipsam. Securitas et externa et interna semper fuerunt condiciones minimae, sine quibus non constitueretur civitas liberalis, civitas quae appellatur „***civitas vigiliae nocturnae***“. At proh dolor hodie animadverto nos ne talem quidem civitatem habere. Nostra civitas ne vigiliam quidem potest exercere. Nostra civitas in multis partibus facta est ***dysfunctionalis***. Neque fidem

dare possumus securitatis internae neque externae, immo eadem in annos gravius affliguntur.

His in circumstantiis celebramus Natale Domini. Breviter morantes animadvertimus mundum fieri meliorem. Multi quoque, qui non credant miraculum factum esse Bethlehemiticum, qui Christum non acceperunt sui ipsorum salvatorem, sentiunt *gratiam in mundum venisse divinam*. Vobis exopto – adversus omnia mala, quae in praesenti fiunt – ut firmè fideliterque teneatis ea quae ratione cognita habeatis; - ut maneatis humani semperque parati ad vos cum aliis reconciliandos, - ut pergatis audere et sperare. Nolite quaerere hircos emissarios, sed colloquia pacifica. Cognoscite aetatis nostrae difficultates et angustias magnas esse et durabiles easdemque perferte animis aequis. Nolite lamentari de tenebris, sed accendite aliquod lumen.

EXOPTO VOBIS LAETUM NATALE DOMINI !

**HANC ORATIONEM NATALICIAM
QUAM SERMONE THEODISCO HABUIT**

MAX OTTE

**PROFESSOR OECONOMIAE
ET PROCURATOR POSSESSIONUM**

**LATINA VESTE ORNAVIT
LEO LATINUS**

»Erudita et independens« - Maxentium laude Sahrae helluari

Procuratores possessionum non solent in suspicionem venire, quod nimium faveant politicis partis sinistrae. Aliter res se habet de *Maxentio Otte*: Nam îdem Professor oeconomiae novum (a.2016! adn.) librum *Sahrae Wagenknecht* necnon ipsam auctricem praedicat flagrantissimê.

Scripsit *Svetlana Kerschner* 25.04.2016 in [Finanzboulevard](#), Latinâ veste ornavit *Leo Latinus*.



A sinistris *Maxentius Otte*, a dextris tegimentum libri a *Sahrâ Wagenknecht* scripti

Quod *Maxentius Otte* magni facit *Sahram Wagenknecht*, non est secretum. Iam a.2011 librum huius mulieris politicae sinistrae, qui inscribitur „*Freiheit statt Kapitalismus*“ (i.e. Libertas loco capitalismi“) îdem professor in situ *Amazonico* interretiali aestimaverat quattuor ex quinque stellis. Illo tempore Maxentius scripsit saeculo vicesimo fieri potuisse, ut multae analyses Sahrae eâdem ratione etiam scriberentur a fundatoribus oeconomiae mercatûs socialis, qui fuissent *Ludovicus Erhard* et *Vilelmus Röpke* et *Alfredus Müller-Armack*. At illâ in recensione Maxentius unam stellam subtraxit, quod Sahra nimis vagê scripserat de problematis solvendis.

Otteus librum aestimans scripsit „*Homines sciunt discere*“. Nunc videtur haec politica factionis sinistrae his 5 annis praeteritis ex criticorum iudiciorum aliquid didicisse. Eius liber novus, qui inscribitur „*Reichtum*

ohne Gier: Wie wir uns vor dem Kapitalismus retten“ (i.e. Divitias accipi posse sine avaritiâ: quomodo nos servemus a capitalismo) a Maximiliano Otte aestimatur notâ optimâ.

Sahram Wagenknecht in DDR praestitisse inoboedientiam civilem

In praesenti recensione suâ Amazonicâ îdem procurator possessionum atque professor bursarius laudat eiusdem politicae sinistrae independentiam magnamque scientiam. Porro Otteus scribit: »*Sahra Wagenknecht est particeps eius gregis parlamentariorum parvuli – aestimo eundem gregem complecti totius Conventûs Legatorum Foederalis vix denas partes centesimas, qui sentiant se conscientiâ suâ morali etiam obligari si eâdem obligatione incommoda patiuntur*«. Deinde *Maxentius Otte* verbis effert a *Sahrâ Wagenknecht* adhuc iuvene civissâ ipsius DDR factos esse actûs civilis inoboedientiae - quales fecisse „neque *Angelam Merkel* neque *Ioachim Gauck* nôtum esse“.

Praeterea procurator possessionum admiratur scientiam *Sahrae Wagenknecht* historicam et oeconomicam. Otteus: »Dissertatio oeconomiae popularis inauguralis« inquit »quam de consuetudine scriptum pecuniam comparcendi oeconomiae generalis haec mulier obiter proposuit«, aliter ac dissertationes nonnullarum politicorum aliorum – permanebit opus probatum«. Hanc mulierem politicam in libris suis animosê suscipere problemata societatis fundamentalia solvenda pro eo, ut more nonnullorum oeconomorum nihil faciat nisi computet simulaminibus intricatis.

»Auctrix proponit solutiones problematum novas et attractivas«

Otteus scribit: »In summâ ex hîc libro clarê apparent multa problemata nostri ordinis oeconomici necnon solutiones novae et attractivae« - Lectorem eodem invitari, ut quosdam locos communes accuratê perquirat et de condicionibus oeconomiae novâ ratione deliberet.

Scilicet *Maxentium Sahrae* non in omnibus rebus peculiaribus assentire. „Nonnullis propositis illa certê nimium progreditur, et ex nonnullis quae evasura sint, nondum deliberavit. Sed huic libro multo plura inesse ad veritatem adducenda quam respuenda. Fortasse egemus tali muliere partis sinistrae, quae nos certiores faciat de radicibus oeconomiae mercatûs

socialis, et ut proponat nobis, quomodo talem ordinem possimus restaurare«.

**SCRIPSIT
SVETLANA KERSCHNER
LATINE REDDIDIT
LEO LATINUS**

<https://www.youtube.com/watch?v=ulQSF6d13GI>

ANNUS 2022 A SAHRA AESTIMATUS: MEA RECENSIO HUIUS ANNI PRORSUS SPECIALIS



ECCE SAHRA WAGENKNECHT
VENUS CORPORE MENTE MINERVA

d.22. m.Dec.a.2022

Heus medullitus vos saluto ad novam emissionem seriei, c.t. „Tempora meliora – Spectaculum Septimanae Wagenknechtianum“!

Quia hoc est Spectaculum Septimanae ultimum huius anni, velim respectare in annum praeteritum, ut vobis demonstrem anni 2022 peccata et mendacia omnium maxima.

Eheu – qualis fuit iste annus! Iam cogitaveramus – aut saltem speraveramus – annum 2022 nobis tandem aliquatenus secum relaturum esse vitae nostrae consuetudinem cursumque solitum – ut tandem haec recuperaremus, post duos annos pandemiae coronariae! Speraveramus oeconomiam recreatum iri nosque denuo ex domo exire et otiantes itinera facere posse vitae voluptatibus deditos. At deinde quid factum est? Russia impetum fecit in Ucrainiam, occidentales Russiae imposuerunt sanctiones oeconomicas vehementes, quibus res publica Russica lucrum accepit maximum, sed apud nos pretia energiae raptim exaucta sunt, necnon politici atque diurnarii occidentales, qui praediti sibi esse videantur eximiis valoribus moralibus putativis, coeperunt rixari incomparabili cum vaniloquentiâ atque dissimulatione necnon rixantes veritatem paene etiam audacius detorserunt et homines a publicâ opinione dissidentes paene

etiam impudentius diffamaverunt quam detorqueri et diffamari iam experti eramus temporibus pandemicis.

Sed res, quae hōc anno factae sunt, consideremus recto ordine: Anno 2021 exeunte – i.e. ante unum ferē annum – nos adhuc viximus prorsus defixi ‚*incidentiis*‘ cottidie publicatis. Modo vîri covidiani metallagma illud *omicron* dictum multo minus periculosum percrebrescebat – quod nobis primo descriptum erat metallagma formidulosissimum! - Sed etiam formidulosius quam metallagma *omicron* illo tempore nihil fuit nisi „**non-vaccinati**“. Verisimile est multis nostrum nunc haec iam videri esse aliena et valdê remota, tamen ne unus quidem annus ex illo tempore transactus est, quo homines, qui non vaccinati erant vaccino coronario, ex totâ vitâ publicâ erant tam severê exclusi quam leprosi mediaevales contagiosissimi! Recordamini homines prominentiores publicê commendasse, ne umquam non-vaccinati invitarentur ad festos natalicios et silvestrianos celebrandos! - recordamini: Is, qui recusavit ne vaccigaretur siphunculo, quo vita servari posse putabatur – illo tempore simile odium et calumniam sibi contraxit ac hodie illi homines, qui recusent, ne *Selenskium* habeant pro heroe libertatis neve habeant pro certissimo Ucrainios esse victoriam parituros. Ita est: Ante unum annum paucissimi tantum sciscitabantur *Selenskium*. Sed illo tempore vehementer disputabatur de obligatione vaccinandi generali introducendâ. Nam non-vaccinati credebantur effecisse omnia mala!

--- *Olaf Scholz (07.12.2021): „Contagiones, quae hodie impedimento sunt nobis omnibus, efficiuntur a non-vaccinatis.“*

--- *Carolus Lauterbach (06.02.2022): „Maximi retardatores laxationum praeceptorum covidianorum, quae sunt verê validae et diuturnae, sunt non-vaccinati.“*

--- *Emilia Fester (GRÜNE, 17.03.22): „Si vos vestrique amici libertatis nihil fecissetis nisi vaccinationem subiissetis, illo tempore, quo plerique nostrum tam prudentes fuerunt, ut hunc gradum simplicem facerent, - si hoc fecissetis, ego nunc essem libera!“*

Ah! Etiam magis hystericê nemo potest loqui! *Lauterbachius* quidem nobis inculcavit:

--- *Karl Lauterbach (13.02.2022): „Vaccinationes (sc. covidianae) sunt – plus minusve – expertes effectuum secundariorum!“*

Animo fingi non potest hanc disputationem phantasmaticam ex uno tantum anno transactam esse! Procul dubio haec res mira est: pleraeque sententiae, quas si quis illo tempore dixerit, îdem *denegator coronae* et *adversarius scientiarum et vaccinationis* increpitatus plurimum vexabatur, si quis easdem dixerit, a *novis ministerii veritatis censoribus* divulgationis nuntiorum falsorum accusatus quodammodo verberabatur et dilapidabatur, eiusque scopocinemata Youtubiana et nuntii Prosopobiblici debebantur – at hodie pleraeque illarum sententiarum sunt veritates generaliter probatae! Ita est! Et non! **Vaccinatio non protegit contra infectiones! Neque protegit contra vîri transmissionem!** Hac de causa ceterum scandalon est adhuc usque ad anni finem valere obligationem vaccinatoriam quoad institutiones! Et non! **Vaccinatio n o n est expers effectuum secundariorum – sed potest habere effectûs secundarios gravissimos et letiferos** – etsi – et hoc accidit feliciter - in raris tantum casibus. Et non ! - **Infantes nequaquam sunt infectionum multiplicatores!** Et ita est! **Quarantaenae et continua gestio mascarum nocent systemati immunitatis – praesertim infantium!** Qui sic quoque plurimum passi sunt sub regimine pandemiae Lauterbachiano. Et qui nunc – infectionibus viae respiratoriae insigniter scaturientibus – ne suci febrilis et antibioticorum quidem accipiunt copias sufficientes. Ut taceamus de curationis nosocomialis aptae et salubris defectu. Nam omnibus his annis – ceterum adhuc in tempore coronario – sedulê numerus lectorum nosocomialium medicinae infantulariae deminuebatur – scilicet oportere, ut omnia sint satis lucrosa. Is autem vir, qui istorum omnium est maximê responsalis, qui paene per totum tempus coronarium in nos infudit argumenta pseudoscientifica et fucata – ut nihil restat nisi ut quaeramus: utrum iste sciens mentitus sit an reverâ nihil sciverit? - iste vir adhuc est noster minister valetudinis! - Quare mirantur nonnulli, quod multi homines omnem confidentiam politicorum amiserint? ---

Unica molestia, qua a.2022 fuimus liberi, fuit praesentia Lauterbachii in mediis diurnariis spectaculisque televisificis continua. Ibidem in istius locum suppositi sunt alii – qui stultiloquentiâ nequaquam a Lauterbachio sunt superati. Nam d.24. m.Febr. – ut utamur verbis ministrae nostrae rerum externarum magnificae – subito sumus expergefati in mundo alio! In mundo, in quo subito fit bellum! Saevum bellum aggressionis scelestum! Hac re Annalena Bärbock – si licet ei credere – reverâ terrore

perculsa est! Nonne per omnes annos priores viximus in mundo pacis beatissimo? Saltim omnia illa bella priora videntur non fuisse ‚saeva‘ neque ‚scelesta‘, sed alio modo prorsus alia. Quorum pleraque excitata sunt ab hegemone occidentalium valoribus moralibus deditorum. Cogito, quod attinet ad aetatis conversionem, **Georgium Bushium** vetulum iam dixisse omnia necessaria:

--- *George W. Bush (19.05.2022): „...et statuit vir singulus, ut incoharet actionem prorsus iniustam et saevam, invasionem Iraciae ah! Volui dicere Ucrainiae! Ah quid dixi---“*

Ohe – Ucraina et Iracia – scilicet facile fieri, ut hae terrae inter se confundantur. Remoto ioco – ita est, haec res neque est hilaris neque faceta. Russia mense Februario coepit bellum gerere aggressionis contra Ucrainiam. Hoc autem bellum est iuri gentium adversum, est saevum, eiusdem nulla est ratio reddenda. De hac re prorsus licet indignari. At liceat quaerere: Num omnia illa bella alia saeva et iuri gentium adversa quorum nulla ratio est reddenda, quae iam prioribus decenniis duobus saeculi vicesimi primi gesta sunt – istane num fuerunt digna indignatione minore? Et quonam iure Civitatibus Unitis et Arabiae Sauditae et Turciae licet in regione statali aliarum terrarum bombas deicere et torturas facere et scelera bellica committere neque eadem nationes ullâ sanctione umquam puniuntur? Quamquam nunc de Putino iterum iterumque a nostris politicis diurnariisque inculcatur, ne ille pergat scelera sua committere, adhibendas esse sanctiones severissimas!‘ - Curnam tales non sunt postulatae, cum alia bella gerebantur? Nomine ‚*Belli contra tromocratiam gerendi*‘ Civitates Unitae impetum fecerunt in septem terras. USA in Iraciâ atque Libyâ integras urbes funditus everterunt! Eaedam in Afghanistaniâ et Pakistaniâ et Syriâ et Iemeniâ usque nunc plus centum milia impetuum ope *teleplanorum** facientes feminas infantesque discidêrunt, quibus infeliciter acciderat, ut essent falso tempore falso loco. USA res publicas, quae antea civibus suis stabilitatem quandamque opulentiam praebuerant, mutaverunt in regiones depravatas et ingubernabiles, quarum incolae unus alterum dilacerant, quia catervae islamisticae de potestate inter se dimicant. Nemo numerum victimarum istorum bellorum accuratê novit. Verum! In Ucrainiâ quoque fiunt terribilia. Etiam ibi feminae infantesque moriuntur. In multis urbibus vicisque regionum, ubi pugnatur, nihil relictum est nisi parietinae fumantes. At quânam de causâ isto bello ipso mundus factus sit omnino

alius – hoc propagandistae aetatis conversae usque hodiernum tempus explicare debentes non explicasse mihi videntur.

Ceterum bellum Ucrainianum reverâ n o n est bellum p r i m u m in Europâ ex quo Hitlerus Poloniam oppressit, ut nobis semper semperque inculcatur. Certê miseria, quae illo tempore aeroplanis Natonis bombiferis in Iugoslaviâ effecta est, nobis non omni die omni vespere in emissione televionis nuntiorum monstrata est. At num ista miseria ideo minus mala fuit? Ceterum Nato eadem fecit ac nunc Putinus facit in Ucrainiâ. Necnon de eâdem re factâ gloriata est! Nam aeroplana Natonis bombis deiciendis destruxerunt infrastructuram, prasertim electriductûs aquaeductûsque. Scilicet impetum in infrastructuram civilem factum esse scelus bellicum - procul omni dubio. Sed est scelus, quod infuit ferê omni bello temporis recentioris. Hoc quoque ne cadat in oblivionem.

At vera conversio aetatis – hoc concedendum est – manifestê facta est in capitibus quorundam politicorum. Illi olim militiae detrectatores ipsissimi subito noverunt nomina exacta harmatum in Germaniâ fabricatorum et videntur, si possent, velle libentissimê statim ipsi cannonibus oneratis harmati insidentes versus Russiam provolvi. Studia de pace agendi – haec subito habentur pro rationibus obsoletissimis. Ex mensibus politici nostri de nullâ aliâ re disputant nisi de unâ sôlâ, quae sequitur:

--- Ricarda Lang (14.10.2022): „Mihi persuasum est nos debere plura arma (sc. Ucrainianis) mittere.“

--- Anton Hofreiter (13.04.2022): „oportet, ut ministeria omnibus viribus id curent, ut arma quam plurima mittantur.“

--- Agnes Strack-Zimmermann (25.08.2022): „...ut nos etiam directê in Ucrainiam transportemus harmata pugnae pedestris, fortasse etiam harmata alia,

--- Anton Hofreiter (11.04.2022): „...ut e.g. quam celerrimê afferantur harmata typi „Marder“ in Ucrainiam...“

---- Olaf Scholz (01.05.2022): „Nos Ucrainiam pergemus adiuvere, armis afferendis...“

Ut quoad hoc thema restat, ut etiam meam scientiam militarem afferam, - quam tantulam esse quantula sit *Hofreiteri* pro certo habeo – quidnam potius mittamus harmata „Puma“ militiae foederalis? Quae harmata enim saltim non iaculantur! Quantum hoc nobis nuntiatum est... Ergo iisdem saltim nullum efficietur detrimentum... At remoto ioco: verumne debemus

mittere arma – iterum iterumque plura pluraque arma? Creditne aliquis armis mittendis finire posse bellum in Ucrainiâ cruentissimum? Alicubi aliquando in manifestatione conspexi macrocollema perpulchrum. Cui inscripta erant verba haec: ‚Qui arma affert, vult bellum – alioquin mitteret legatos.‘ - Mihi quidem videtur: Hoc est rectissimum! At fortasse nequaquam agitur de pace. Agitur de victoriâ! Immo, hoc partim etiam dicitur prorsus apertê.

--- *Friedrich Merz (17.06.2022): „Profecto res ita se habet: Oportet Ucraina hôc bello vincat!“*

--- *Christian Lindner (24.04.2022): „Itaque necesse est, ut Ucraina hôc bello vincat - et Ucraina victoriam pariet.“*

--- *Annalena Bärbock (01.06.2022): „i.e. necesse est ut Ucraina vincat.“*

--- *Ursula von der Leyen (24.05.2022): „Necesse est ut Ucraina hôc bello vincat.“*

Scilicet! Si res est tantula! Bellum gerens contra potestatem atomicam – scilicet aliquatenus leviter et obiter victoriam parias, si quidem sat multa arma afferas Ucrainiae. Nequaquam! Et dicam omnibus, qui nunc exemplum afferunt Afghanistaniae et Vietnamiae – ita, illa bella gesta sunt victoriosê contra potestates atomicas. At illa bella gesta sunt a potestatibus bella gerentibus remotissimis. In illis bellis gerendis de multis etiam actum est, sed non de omnibus.

Si quidem in hac re possibilis est comparatio historica, studia Russorum quae nunc fiunt in conflictu ucrainiano, comparari possunt cum Americanorum studiis, quae facta sunt in crisi Cubanensi annis sexagenariis saeculi proximi praeteriti. Illo tempore Americani omni pretio voluerunt impedire, ne ante ianuam suam domesticam collocarentur ruchetae russicae – et ut id assequerentur, (sic quidem omnes observatores unanimiter rettulerunt) sine ullâ haesitatione bellum indixissent mundanum tertium. Ceterum – quod attinet ad bellum Vietnamiense exempli comparandi causâ allatum - quando tandem istud bellum terribile finitum est? Postquam plus tres miliones hominum interfecti et ingentes copiae terribilium armorum chemicorum Vietnamiae infusa et aliquot milia infantium napalmio viventes combusti sunt. Num nos etiam hoc volumus, volumusne etiam ibidem mori tres miliones hominum? Etiam ibidem adhiberi arma etiam etiamque terribiliora atque magis mortifera? ---

Praeter hoc bellum hoc anno unum tantummodo restitit thema, quo disputatio publica absolute definitur et vita nostra profecto iam graviter mutata est. Pretia victualium rapide augescentia, sed praesertim pretia energiae – et – proh dolor – nulla indicia sunt caritatis deminuendae. Proximo anno futuro pretia energiae plerisque civibus etiam minimum duplicabuntur adversus ‚frenum pretii‘. Et nemo istâ caritate exhilaratur nisi salarium accipit saltim cancellarii foederalis:

Olaf Scholz (07.11.2022): „Nuper aliquis vênit ad me et: ‚Domine Scholz, modo fornacem meam electricam mutavi in gasicam!‘ - Tum nescivi, quam tristi vultu me deceret haec verba accipere.’“ (Hoc narravit cancellarius cachinnans).

Quam ridiculum esse istud! Talem baburrum curare calefactionem gasicam sibi construendam! Quaerendum in ista re est: quales politici pro peioribus habendi sint: eos qui electores sui irrideant an illos, qui iidem benevole suadeant, quomodo corpora sua lavent pretio deminuto? Certo vos omnes tales quorundam politicorum suasiunculas novistis: Qui nobis suadent, ut lavacra pluvia sumamus brevia tantum, si optimê, frigida, aut ut fortasse adhibeamus vetulum illum lobum lautorium. Praeterea si temperaturam calefactionis deminuimus usque ad 19 gradûs Celsianos, saltim non iam sudamus! Sed fortasse per nonnullos dies fieri potest, ut prorsus careamus corporis lavatione. Nonne adhuc centum tantum annis ante homines etiam hoc modo vixerunt? Ne obliviscamur haec omnia utilia esse ad finem dignissimum:

Joachim Gauck (10.03.2022): „Licet etiam frigeamus pro libertate!“

Wolfgang Schäuble (11.10.2022): „Si quis friget, induat strictoriam laneam, et alteram si induerit, frigus bene sustinebit.“

Winfried Kretschmann (15.09.2022): „Omnis vir omnisque mulier potest calefactionem suam adaptare. Si hoc ei nimis intricatum est, nihil faciat nisi antequam cubitum ibit, thermostatatum adaptet ad calorem minorem.“

Ergo pro omnibus baburris (quales esse electores suos **Kretschmann** sentire manifestum est): Ita est, calefactionis temperatura deminuitur ad valvulam. Babae! Edepol! Hoc certê numquam invenissetis? Tales autem baburri qualis iste Vinfridus iterum iterumque suffragiis eliguntur! Quaero ex me – a quibusnam hominibus?

At si de peccatis politicorum a.2022 commissis loquimur, nunc sine fine tractare possemus *ineptias Habeckianas*. Nam omnia quae iste vir hōc anno suscepit agenda, - non possum quin hoc dicam – in irritum ceciderunt! A servili dorsi declinatione Catariensi per pretii gasiarii moderationem usque ad novam notionem insolventiae aut ad detritum terminal¹ gasi naturalis liquefacti (LNG) enormi pretio emptum, cuius usus alio loco propter effectum suum circumiectis nocentissimum iam prohibitus erat, sed a nobis nunc celebratur, quia nunc Germanis gasum adducere potest – pulchrum novum gasum Americanum carum et fractorium et sordidum ! - in hac comparatione gasi fractorii miserrimâ quidnam non factum est ineptum neque infelix?

Quid dicam de nostrâ magnâ *ministrâ rerum externarum*? Iuris gentium peritissima! Quae mavult negligere cogitationes electorum! Ah bene!

Insunt etiam nonnulli huius gubernationis foederalis, quos patet esse eiusdem negligentiae electorum: Cogito e.g. etiam de ministrâ rerum internarum verê inspirativâ! *Domina Faeser!* Nonne recordamini adhuc pulchras illas imagines ministrae illam *taeniolam brachialem „Unius Amoris“* in stadio pedifolliario heroicê gerentis? Profecto in hac re nil restat dicendum eo maximê nobis prodesse cladem manipuli germanici maturam, quod liceat nobis a talibus imaginibus spectandis in ludis futuris abstinere!

Etiam ineptius in publicum prodiit ista ministra vice alterâ! Quantus eventus, quantum spectaculum investigationis gloriosae, quâ a tribus milibus biocolytarum inventi sunt nonnulli reddituarii nobili Principi *Reuß* dediti, qui annuntiati sunt esse tromocratae rerum novarum cupidissimi! Omnes diurnarii officiales adfuerunt relaturi. Ne falso intelligatis quid sentiam: Scilicet periculum imminere, si homines delirantes possident arma. Affirmo quoque lêges ad arma spectantes esse intendendas. Non nego e.g. cives imperiales esse periculosos, cum hoc compluries demonstraverint iam biocolytas sclopeto interficientes.

At quod ministra *primo* simulat se credere istam catervulam reddituariorum reverâ potuisse Germaniam mutare in monarchiam – et *secundo* statim postulat, ut decernantur lêges severiores, quibus adversarii democratiae

¹ *terminal , -âlis n. Iuvat hoc verbum novare.

eiiciendi sint ex magistratu officiali idque fiat sine iudiciorum molestorum rogatione – si talia fiunt, oportet simus quam attentissimi.---

Quid dicam praeterea? Multa alia facta sunt hōc anno, de quo certē stomachati sumus. Fortasse aliquid etiam fuit, de quo laetati simus – hoc quoque puto interdum factum esse – et nunc instant dies festi et puto vos quoque – equidem sic sentio – gaudere de his diebus. Nunc veniet tempus aliquanto tranquillius. Et veniet annus novus. Etsi in praesenti non multa sunt omina laetabilia: Exopto vobis nobisque omnibus, ut hic annus melior fiat quam proximus praeteritus. Hoc optatum num ad verum adducatur, aliquantulo etiam pendet ex nobis ipsis. Prudenter agamus. Hoc incipit eo, quod non parum criticē credimus mendacia ista, quae cottidie nobis inculcantur, sed iterum iterumque et quam clarissimē contradicimus hominibus res narrantibus, quibus laedatur intellectus noster.

Itaque in dies festos vobis exopto optima quaeque; ut pulchrē Festum celebretis, ut bene veniatis in Annum Novum - et deinde mox inter nos revidebimus.



**ECCE SAHRA WAGENKNECHT
VENUS CORPORE MENTE MINERVA**

*Germania non habet alteram mulierem politicam
tantâ eloquentiâ tantâ prudentiâ tantâ scientiâ
tantoque sensu communi praeditam. Utinam eam
haberemus cancellariam!*

*»Is est aptus ad munus cancellarii suscipiendum, qui vitam hominum
huius terrae faciat ratione sociali meliorem necnon paci atque securitati
prospiciat assequendis«.*



**HAEC VERBA GRAVISSIMA
FECIT
SAHRA WAGENKNECHT
MULIER
VENUS CORPORE
MENTE MINERVA**



ECCE CANCELLARIA EXOPTATA
CANDIDATA QUAE PLACEAT
ET DEXTRIS ET SINISTRIS

CHRONOGRAMMATA ROESSLERIANA

Weltvegetariertag

1. Oktober 2022

H O M I N E S F E R O C E S
 N O N C E N A T E P O R C O S
 V O S F R A T R E S
 A T Q V E
 N O N E D I T E V A C C A S
 V O S S O R O R E S

M M X X I I

Oh, ihr wilden Menschen!

Esst doch keine Schweine, die eure Brüder sind,
 und esst auch keine Kühe, die eure Schwestern sind!

Weltvegetariertag – Fakten und Zahlen zur vegetarischen Ernährung

Am 1. Oktober wird der internationale „Weltvegetariertag“ gefeiert. Er wurde anlässlich des Welt-Vegetarier-Kongresses 1977 in Schottland von der „North American Vegetarian Society“ eingeführt, findet seither immer am 1. Oktober statt und erinnert jedes Jahr an die Vorteile einer fleischfreien Lebensweise.

In Deutschland leben mittlerweile sieben Millionen Vegetarier, das sind etwa 8-9 Prozent der Bevölkerung. Mindestens 800.000 Menschen davon ernähren sich vegan, Tendenz steigend. Nach einer Untersuchung der Gesellschaft für Konsumforschung (GfK) in Nürnberg hat sich die Zahl der vegetarisch lebenden Menschen seit 1983 mehr als verfünffach. Damals ernährten sich nur etwa 0,6 Prozent der Bevölkerung vegetarisch.

Der typische Vegetarier ist weiblich, jung, überdurchschnittlich gebildet und lebt in der Großstadt. Dies ergab die Vegetarierstudie an der Friedrich-Schiller-Universität Jena unter 4.000 vegetarisch und vegan lebenden Menschen.

Die Gründe, warum sich immer mehr Menschen für eine fleischfreie Ernährung entscheiden, sind vielfältig. Tierliebe und Kritik an der Massentierhaltung, der Wunsch nach aktivem Klima- und Umweltschutz, die Problematik des Welthungers sowie Lebensmittelallergien oder andere gesundheitliche Probleme spielen eine Rolle. Die am häufigsten angegebenen Gründe für eine vegetarische Lebensweise sind moralisch-ethischer Natur.

Vegetarier rauchen seltener, trinken weniger Alkohol und bewegen sich mehr als die Durchschnittsbevölkerung. Bewusste Vegetarier haben so die Aussicht auf ein gesünderes und ein längeres Leben.

Pro Jahr und Person werden in Deutschland rund 60 Kilogramm Fleisch verzehrt. Wenn alle Bundesbürger einen fleischfreien Tag in der Woche einlegen, werden pro Jahr rund 688 Millionen Kilogramm weniger Fleisch gegessen. Zum Vergleich: Um 1 Kilogramm Rindfleisch zu produzieren werden 15.500 Liter Wasser benötigt, mehr als zehn Mal so viel wie für ein Kilogramm Brot. Verglichen mit einer Ernährung, die Fleisch beinhaltet, verbraucht eine vegetarische Ernährung über eine halbe Million Liter Wasser weniger pro Jahr.

Ein fleischfreier Tag in der Woche wäre laut VEBU ein guter Anfang. Nach einer Studie der FAO (Landwirtschaftsorganisation der UNO) ist die sogenannte Nutztierhaltung zu rund einem Fünftel für den Treibhauseffekt verantwortlich. Viehzucht schädigt das Klima damit stärker als der gesamte Verkehrssektor. Der Ressourcenverbrauch für die Viehhaltung ist immens. Insgesamt werden rund 90 Prozent der Zerstörung des tropischen Regenwaldes durch Massentierhaltung verursacht. Alle zwei Sekunden wird ein Waldgebiet von der Größe eines Fußballfeldes zerstört – größtenteils für die Neugewinnung von Weideflächen und zum Futtermittelanbau. Der Wasserhaushalt, das Klima und der Kohlendioxidgehalt der Luft werden nachhaltig verändert.

James „Jimmy“ Carter

* 1. Oktober 1924 in Plains, Georgia

BIS VNDEQVINQVAGINTA ANNIS ANTE NATVS
IACOBVS CARTER VIR PVBLICVS OTIANS
VIVAT PRAESES AMERICANVS PRISTINVS

MMXXII

JIMMY CARTER,
als Politiker nun im Ruhestand lebend,
feiert seinen 98. Geburtstag.

Der ehemalige US-amerikanische Präsident
lebe hoch!



Jimmy Carter ist ein US-amerikanischer Politiker der Demokratischen Partei. Von 1971 bis 1975 bekleidete er das Amt des Gouverneurs von Georgia und war zwischen 1977 und 1981 der 39. Präsident der Vereinigten Staaten. Er ist mit 98 Jahren der älteste lebende Ex-US-Präsident und hat von allen bisherigen US-amerikanischen Präsidenten das höchste Lebensalter erreicht.

Carter war seit Ende des Zweiten Weltkrieges der erste US-Präsident, unter dessen Regierung die USA in keine offene kriegerische Auseinandersetzung verwickelt waren.

Nach seiner Wahlniederlage gegen Ronald Reagan war Carter in zahlreiche Aktivitäten eingebunden, die Menschenrechte, Demokratie und Wohltätigkeit förderten. Während seine Präsidentschaft allgemein als mehr oder weniger gescheitert gilt, hat er sich in den folgenden Jahrzehnten international großes Ansehen durch intensives humanitäres Engagement erworben. Unter anderem gründete er das *Carter Center* für Menschenrechte und war seither, meist als Privatmann, als Vermittler in verschiedenen Konflikten unterwegs. Ebenso war er als Wahlbeobachter, insbesondere in lateinamerikanischen und afrikanischen Staaten, tätig und setzte sich dort aktiv für Gesundheitsfürsorge ein. Für seine erfolgreichen Bemühungen sprach ihm das Nobelkomitee 2002 den Friedensnobelpreis zu.

Quelle: Wikipedia

Zofia Posmysz

* 23. August 1923 in Krakau

† 8. August 2022 in Oświęcim

Zofia Posmysz war eine polnische Widerstandskämpferin, KZ-Überlebende, Redakteurin und Autorin.

C A S T R I S C A R C E R A L I B V S S V P E R F V I T

S O P H I A P O S M Y S Z

B E N I G N A P V G N A T R I X R E S I S T E N S

D I E O C T A V O A V G V S T I

E X V I T A E G R E S S A

M M X X I I

Die KZ-Überlebende ZOFIA POSMYSZ,
eine gütige (ehemalige) Widerstandskämpferin,
ist am 8. August gestorben.

Zofia Posmysz wuchs als Tochter eines Eisenbahners im Krakauer Stadtteil Prokocim auf und engagierte sich während der deutschen Besetzung Polens nach 1939 im polnischen Widerstand. 1942 wurde sie, damals 18 Jahre alt, von der Gestapo in Krakau beim Verteilen von Flugblättern verhaftet und nach wochenlangen Verhören in deutsche Konzentrationslager verschleppt. Nach zweieinhalb Jahren im KZ Auschwitz-Birkenau (Frauenlager, Landwirtschaftskommando) kam sie in das KZ Ravensbrück und später in das KZ Neustadt-Glewe, wo sie am 2. Mai 1945 von der Roten Armee befreit wurde.

Nach dem Ende des Zweiten Weltkrieges studierte sie bis 1952 Polonistik an der Universität Warschau und arbeitete bei Radio Polen als Kulturredakteurin. Bereits 1945 war ihr Debütwerk *Znam katów z Belsen...* erschienen, in dem sie ihre Erfahrungen als KZ-Inhaftierte verarbeitete. 1960 erschien ihr Hörspiel *W Jezioranach* über die Geschichte einer polnischen Bauernfamilie. Für Aufsehen sorgte ihr Hörspiel *Pasażerka z kabiny 45* (deutsch *Die Passagierin aus Kabine 45*), das 1962 zugleich als Buch veröffentlicht wurde. Es diente als Vorlage zu Mieczysław Weinbergs 2006 konzertant uraufgeführten Oper *Die Passagierin* sowie Andrzej Munks Spielfilm *Die Passagierin*, der wegen eines tödlichen Autounfalls des Regisseurs erst 1963 Premiere feierte.

Posmysz, die sich bis zuletzt für mehrere Gedenk- und Bildungseinrichtungen engagierte, starb rund zwei Wochen vor ihrem 99. Geburtstag in einem Hospiz in Oświęcim.

Quelle: Wikipedia

Glenn Gould

* 25. September 1932 in Toronto, Ontario, Kanada

† 4. Oktober 1982 in Toronto, Ontario, Kanada

GLENN GOULD
 CLAVICEN CELEBER
 QVADRAGINTA ANNIS ANTE
 TORONTINI ESSE DESIIT
 * * *

GLENN GOULD
 CLAVICEN PRAECELLENS
 ANTE OCTO LVSTRA
 DIE SANCTI FRANCISCI
 OBIIT
 * * *

GLENN GOULD
 CLAVICEN EXCELSVS
 ARTIFEX PRAECLARVS
 OCTO LVSTRIS ANTE
 DIE QVARTO OCTOBRIS
 E VITA EGRESSVS
 AETATIS SVAE L

MMXXII

Der gefeierte Pianist GLENN GOULD starb vor 40 Jahren in Toronto.

* * *

Der vorzügliche Pianist GLENN GOULD starb am 4. Oktober vor 40 Jahren.

* * *



GLENN GOULD, ein herausragender Pianist und ein berühmter Künstler,
starb am 4. Oktober vor 40 Jahren im Alter von 50 Jahren.

Max Planck

* 23. April 1858 in Kiel, Herzogtum Holstein

† 4. Oktober 1947 in Göttingen

Max Planck war ein deutscher Physiker auf dem Gebiet der theoretischen Physik. Er gilt als Begründer der Quantenphysik. Für die Entdeckung einer später nach ihm benannten Konstanten in einer physikalischen Grundgleichung, des Planckschen Wirkungsquantums, erhielt er 1919 den Nobelpreis für Physik des Jahres 1918.



*Marmorbüste (neu) von Max Planck
(am 17.07.2022 nachmittags aufgestellt)
Walhalla, Innenraum, Platz 132, o. Inv.-Nr.*

MAX PLANCK
INSIGNIS PHYSICVS THEODICVS
SEPTVAGINTA QVINQVE ANNIS ANTE
IV NONAS OCTOBRES
EX VITA EGRESSVS

MMXXII

Der ausgezeichnete deutsche Physiker MAX PLANCK
starb am 4. Oktober vor 75 Jahren.

John Steinbeck

* 27. Februar 1902 in Salinas, Kalifornien

† 20. Dezember 1968 in New York City

John Steinbeck war ein US-amerikanischer Schriftsteller. Er ist einer der meistgelesenen Autoren des 20. Jahrhunderts und hat zahlreiche Romane, Kurzgeschichten, Novellen und Drehbücher verfasst. Zeitweilig arbeitete er als Journalist und war 1943 Kriegsberichterstatter im Zweiten Weltkrieg. 1940 erhielt er den Pulitzer-Preis für seinen Roman *Früchte des Zorns* und 1962 den Nobelpreis für Literatur.

Quelle: Wikipedia



«THE GRAPES OF WRATH» SCRIPT
 IOANNES STEINBECK
 IN VRBE SALINAS NATVS
 BONVS SCRIPTOR ATQVE DIVRNARIVS
 ANTE SEXAGINTA ANNOS
 PRAEMIO NOBELIANO LAVREATVS

MMXXII

Er hat „The Grapes of Wrath“ geschrieben.

Der große Schriftsteller und Journalist JOHN STEINBECK, geboren in der Stadt Salinas, **wurde vor 60 Jahren mit dem Nobelpreis (für Literatur) ausgezeichnet.**

Annie Ernaux

* 1. September 1940 in Lillebonne, Seine-Maritime

Annie Ernaux ist eine französische Schriftstellerin. Ihr literarisches Werk ist im Wesentlichen autobiographisch. 2022 wurde ihr der Nobelpreis für Literatur zuerkannt.



ANNIE ERNAUX

AVCTRIX

NARRATIONIS FABULOSAE AVTOBIOGRAPHICAE

«LES ANNÉES»

ATQVE

CELEBRIS SCRIPTRIX FRANCOGALLICA

PRAEMIO NOBELIANO LAVREATA

MMXXII

ANNIE ERNAUX,

Autorin des autobiografischen Romans „Les années“
und eine gefeierte französische Schriftstellerin,

wurde mit dem Literaturnobelpreis ausgezeichnet.

Svante Pääbo

* 20. April 1955 in Stockholm

Svante Pääbo ist ein schwedischer Mediziner und Biologe.
Er gilt als Begründer der Paläogenetik.



SVANTE PÄÄBO
 BIOLOGVS AC NOBILIS CONDITOR
 PALAEOGENETICAE
 PRAEMIIO NOBELIANO HONORATVS

MMXXII

Der Biologe und berühmte Gründer der Paläogenetik
 SVANTE PÄÄBO
 wurde mit dem Nobelpreis (für Medizin) ausgezeichnet.

Svante Pääbo arbeitet seit 1997 am Max-Planck-Institut für evolutionäre Anthropologie in Leipzig und untersucht dort u.a., welche genetischen Veränderungen in der Evolutionsgeschichte den modernen Menschen ausmachen. Dabei vergleichen die Mitglieder seiner Arbeitsgruppe Genmaterial des heutigen Menschen sowohl mit anderen Arten der Gattung Homo, wie dem Neandertaler, als auch mit dem anderer Frühmenschenarten und dem von Menschenaffen.

2002 veröffentlichte er unter anderem seine Forschungsergebnisse zum „Sprachgen“ FOXP2, aus dessen Fehlen oder auftretenden Defekten Sprachunvermögen resultiert.

2010 gehörte Pääbo zu den Autoren einer Studie, in der nachgewiesen wurde, dass vor rund 40.000 Jahren im Altai-Gebirge neben Homo sapiens und dem Neandertaler noch eine dritte, unabhängig von diesen beiden Arten dorthin eingewanderte Population der Gattung Homo gelebt hat, genannt Denisova-Mensch.

2018 sequenzierte er das Genom des Fossils Denisova 11 aus der Denissowa-Höhle – ein Kind einer Neandertaler-Mutter und eines Denisova-Vaters.

Im Jahr 2022 wurde ihm der Nobelpreis für Physiologie oder Medizin zuerkannt.

Quelle: Wikipedia


Richard (von) Schaukal

* 27. Mai 1874 in Brünn
 † 10. Oktober 1942 in Wien

Schaukals auf Lyrik und Novellistik konzentriertes Œuvre umfasst über 75 Werke; die frühen Gedichte orientierten sich an der französischen Lyrik des Symbolismus, die er auch bevorzugt übersetzte.

Im Weiteren kreiste Schaukals Schreiben um die zeittypischen Pole Liebe und Tod, was sich in seinen Gedichten ebenso zeigte wie in dem Novellenband *Eros Thanatos* (1906). Zu einigen Erzählungen aus dem Prosaband *Von Tod zu Tod* (1902) existieren Illustrationen von Joseph Beuys.

Quelle: Wikipedia



RICARDVS SCHAVKAL
 PRAECELLENS SCRIPTOR AVSTRIACVS
 POETA CRITICVS ATQVE INTERPRES
 ANTE QVATER VIGINTI ANNOS
 VI IDVS OCTOBRES
 E VITA EGRESSVS

MMXXII

Der vorzügliche österreichische Schriftsteller, Dichter, Kritiker und Übersetzer
RICHARD SCHAUKAL starb am 10. Oktober vor 80 Jahren.

Margarete Susman

verheiratete Margarete von Bendemann

* 14. Oktober 1872 in Hamburg

† 16. Januar 1966 in Zürich

Margarete Susman

eine jüdisch-deutsche Religionsphilosophin,

Kultur-Essayistin und Poetin



QVINGVIES TRIGINTA ANNIS ANTE NATA
MARGARETA SVSMAN POETRIA EGREGIA

MMXXII

Vor 150 Jahren

wurde MARGARETE SUSMAN geboren,
eine herausragende Dichterin.

Den Holocaust deutet Margarete Susman in ihrem 1946 erschienenen Buch „Das Buch Hiob und das Schicksal des jüdischen Volkes“ sinnstiftend als Glaubensprüfung. Unter dem Einfluss Martin Bubers gewann auch für sie der ultraorthodoxe Chassidismus Bedeutung als „die letzte große explizit religiöse, d.h. an den offenbaren Gott angeschlossene und aus ihm lebende Erscheinung des jüdischen Geistes.“

In hohem Alter bemühte sie sich um ein Verständnis von Paul Celans Gedichten, der sie mehrfach in Zürich besuchte. Obwohl sie Kontakt mit Intellektuellen wie Ernst Bloch aus Deutschland pflegte, reiste sie nach dem Zweiten Weltkrieg nie mehr nach Deutschland. Sie starb 1966 in Zürich und wurde dort am 21. Januar auf dem jüdischen Friedhof Oberer Friesenberg beigesetzt.

Quelle: Wikipedia

Aprilis mensis saevissimus est...

ANTE QVINQVIES VIGINTI ANNOS
 « TERRA VASTA » IN LVC EM EDITA
 T.S. ELIOT VATES INCLYTVS
 VERSVS EXSVPERANTES FEKIT

MMXXII

Vor 100 Jahren wurde „The Waste Land“ veröffentlicht.
 Geschrieben hat dieses überragende Gedicht
 der berühmte Dichter T.S. ELIOT.

Das wüste Land (englischer Originaltitel: **The Waste Land**) ist ein 433 Zeilen langes Gedicht des anglo-amerikanischen Literaturnobelpreisträgers Thomas Stearns Eliot aus dem Jahr 1922.

T. S. Eliot widmete es dem von ihm verehrten Ezra Pound. Auch die Überarbeitung des Textes für die Veröffentlichung, bei der Eliot das Manuskript fast auf die Hälfte kürzte, basierte zum großen Teil auf Vorschlägen Pounds. Eliot verarbeitete in seinem Langgedicht zahlreiche Texte aus verschiedenen poetischen und religiösen Quellen: Zu den Quellen, aus denen er zitiert oder auf die er anspielt, gehören die Werke von Homer, Sophokles, Petronius, Vergil, Ovid, Augustinus, Dante, William Shakespeare, Edmund Spenser, Gérard de Nerval, Thomas Kyd, Geoffrey Chaucer, Thomas Middleton, John Webster, Joseph Conrad, John Milton, Andrew Marvell, Charles Baudelaire, Richard Wagner, Oliver Goldsmith, Hermann Hesse, Aldous Huxley, Paul Verlaine, Walt Whitman und Bram Stoker. Eliot macht auch ausgiebig Gebrauch von biblischen Schriften wie der Bibel, dem *Book of Common Prayer* (die Agende der Anglikanischen Kirche), der hinduistischen *Brihadaranyaka Upanishad* (Große Upanishad der Āranyakas) und der *Ādittapariyāya Sutta* (Buddhas Feuerpredigt) sowie von kulturellen und anthropologischen Studien wie Sir James Frazers *The Golden Bough* und Jessie Westons *From Ritual to Romance*. Auch antike und keltische Mythen werden in diesem Gedicht rezipiert, wobei Eliot selbst sein Werk mit einer Vielzahl von erklärenden Fußnoten versehen hat, welche es dem Leser erleichtern, die intertextuellen Anspielungen zu erkennen.

Eliot nannte Pound, der zwei Drittel des Manuskriptes wegstrich, später einen Geburtshelfer. Es ist dem Einfluss Ezra Pounds zu verdanken, dass *The Waste Land* schließlich mit den berühmt gewordenen Zeilen: *April is the cruellest month* beginnt. Pound selbst soll ehrfürchtig vor Eliots Arbeit gestanden haben und an diesen geschrieben haben: „Complimenti, du Hurensohn. Ich bin von allen sieben Eifersüchten geplagt.“ Eliot selbst war sich der tragenden Rolle von Pound bewusst und begann das Gedicht schließlich mit einer Widmung: „il miglior fabbro Ezra Pound“ (Dante-Zitat; vgl. *Purgatorio* 26.117); er nennt Pound also *den besseren Schmied*.

Hans Werner Henze

* 1. Juli 1926 in Gütersloh
† 27. Oktober 2012 in Dresden

Hans Werner Henze war ein deutscher Komponist.
Er gehört zu den bedeutendsten deutschen Komponisten des 20. Jhts.



IOANNES GVARNERIVS HENZE
COMPOSITOR NOBILIS THEODISCVS
BIS LVSTRIS ANTE VITA CESSIT
AETATIS LXXXVI

MMXXII

Vor zehn Jahren starb der berühmte deutsche Komponist
HANS WERNER HENZE im Alter von 86 Jahren.

Pierre Charles Fournier de Saint-Amant

* 12. September 1800 auf Schloss Latour bei Monflanquin

† 29. Oktober 1872 auf Schloss Hydra bei Algier

Pierre Charles Fournier de Saint-Amant war einer der berühmtesten Schachmeister Frankreichs. Seine beste historische Elo-Zahl betrug 2603. Diese erreichte er im August 1846. Er lag demnach über drei Jahre auf Rang zwei der Welt.



PIERRE CHARLES FOURNIER DE SAINT-AMANT
 SACCHISTA INSIGNIS
 TRIGINTA LVSTRIS ANTE OBIIIT

MMXXII


Vor 150 Jahren starb der ausgezeichnete Schachspieler
PIERRE CHARLES FOURNIER DE SAINT-AMANT.

Ezra Pound

* 30. Oktober 1885 in Hailey, Blaine County, Idaho

† 1. November 1972 in Venedig

Ezra Pound war ein amerikanischer Dichter. Er gilt als einer der herausragenden Vertreter der literarischen Moderne. Sein Hauptwerk ist *The Cantos*. Er propagierte vor 1914 den Imagismus und den Vortizismus. Während seines Italienaufenthalts von 1924 bis 1945 bewunderte und unterstützte er den italienischen Faschismus.



EZRA POUND
 VATES EXCELLENS
 ATQVE FASCISTA CONFITENS
 QVINQVAGINTA ANNIS ANTE
 KAL. NOVEMBRIVS
 EXVITA EGRESSVS

MMXXII


EZRA POUND, ein exzellenter Dichter,
 aber auch ein bekennender Faschist,
starb am 1. November vor 50 Jahren.

Carl Sternheim

* 1. April 1878 in Leipzig

† 3. November 1942 in Brüssel

Carl Sternheim war ein deutscher Dramatiker und Autor von Erzählungen und Gedichten. In seinen Werken griff er besonders die Moralvorstellungen des Bürgertums der Wilhelminischen Zeit an.



CAROLVS STERNHEIM
 SCRIPTOR STRENVVS TETONICVS
 BIS QVADRAGINTA ANNIS ANTE
 BRVXELLAE EX VITA EGRESSVS

MMXXII

Der tüchtige deutsche Schriftsteller
 CARL STERNHEIM
 starb vor 80 Jahren in Brüssel.

**HAEC CHRONOGRAMMATA ARTIFICIOSE CONFECIT
 TOBIAS ROESSLER**

PENTAPOMATOLOGIA



ECCE MYNCHUSANUS BARO MENDAX
PENTAPOMA RUBRUM SORBILLANS PIPAM FUMIFICANS
MENDACIA SUA NARRANS AUDITU IUCUNDISSIMA

***pentapōma**, -atis n. est potio alcoholica, originaliter ex quinque partibus commixta et calefacta¹.

Librum Mynchusani togâ cum ornarem, ausus sum hoc nomen graeco-latinum confingere secundum exemplum nominis *Pentapotamiae* (i.e. *Panjâb* terra quinque fluminum) a **Christiano Lassen** indologo conficti² Neologismi, q.s. *palopuntzia* et *pantsium* in Lexico Auxiliari (s.v. *Punsch*) allati parum placent, quia videntur absoni et cacophonici et parum Latini. Theodiscê dicitur *der Punsch* (pl. *die Pünsche*). Quinque partes, e quibus commiscetur pentapoma, sunt arracium, saccharum, sucus limonum, condimentum, aqua³. Haec vox e lingua indoaria in anglicum sermonem translata (secundum anglicam orthographiam per –u– scripta) ex eodem (littera –u– servata, pronuntiatu mutato) est in sermonem theodiscum introducta. A **Goethe** et **E.T.A. Hoffmann** pentapoma praedicatur. **Fridericus Schiller** poeta scripsit poema pentapomaticum⁴, cuius verbis initialibus dicit quattuor tantum esse elementa pentapomatis («*Vier (sic!) Elemente, innig gesellt*»; videtur omisisse condimentum. -

Nomen pentapomatis monet nos tituli libelli cuiusdam a **Michaele Ende** scripti, qui abundat argutiis facetissimi salis:

„*Der satanarchäolügenialkohöllische (sic!) Wunschpunsch*“, Stuttgart 1989, K. Thienemanns Verlag. Titulus huius fabulae continet adiectivum magicum, quod ab auctore dicitur „*Perspektivwort*“ (dicamus: verbum *perspective), quia similiter compositum est ac telescopium generis vetusti, quod appellabatur „*perspectivum*“. Titulum fabellae magico-monstruosum his ferê verbis ausim convertere in Graeco-Latinum:

De **pothopentapomate *satanarchaeopseudoenorcino*“. **Michael Ende** in toto ferê orbe terrarum innotuit fabulis puerilibus, quas inscripserat „*Momo*“ et „*Die unendliche Geschichte*“ (i.e. Fabula infinita). Eaedem autem fabulae mirabiles conversae iam sunt in triginta linguas, sed nondum in Latinam.

Pentapoma in Germaniâ notissimum theodiscê plerumque appellatur **Feuerzangenbowle**. Tamen nomen *Bowle* quod est anglicae originis, non bene quadrat ad hanc potionem appellandam. Nam *Bowlen* in Germaniâ

¹ anglicê *punch* < sanscritê पञ्च *pañca* est i.q. *quinque*, cfr Friedrich Kluge, Etymologisches Wörterbuch der Deutschen Sprache, p.570, s.v. *Punsch*; cfr graecê πέντε i.q. *quinque*, τὸ πῶμα i.q. *potulentum*.

² cfr Vox Latina fasc.128/1997, Nicolaus Groß: De ariera eqs., p.218.

³ cfr Kluge, p.570, s.v. *Punsch*

⁴ Kluge, l.l.

solent esse potiones vinosae *non* calefactae. Convenientius nomen est semi-francogallicum ***Punsch royal***. Hoc imitemur nomine Latino confingendo, quod est: ***pentapōma rēgāle**, i.q. fr. *Punsch royal*, theod. *Feuerzangenbowle*. Ad potulenta denominanda, quae theodiscê *Bowlen* et anglicê *bowls* dicuntur, propono neologismum, qui est ***lecanoenus**, -ī m. (a gr. λεκάνη, i.e. *patina*, *lanx* (angl. *bowl*), οἶνος, i.q. *vinum*). Exempla afferam haec: ***lecanoenus maiālis** *Maibowle*, ***lecanoenus asperulae** *Waldmeisterbowle*, **lecaoenus Baeticus** *Sangria*.

pentapōma rubrum**, i.e. theodiscê *Glühwein*, vinum rubrum cinnamomo et caryophyllo et aliis condimentis conditum et calefactum, quod plerumque bibitur tempore hiemali, Festo Natalis Domini appropinquante. ***Mynchusanus autem ***Baro mendax (Baron Münchhausen, 1720-1797)*** hōc potulento delicato tam mirabiliter inspiratus esse videtur, ut narraret mendacia totius historiae litterarum illustrissima et facetissima. Etiam quomodo hoc pentapoma concoquatur, Erhardus Gorys¹ (p.165) nobis explicat:

Ollae indito tria cochlearia sacchari, aliquantum putaminis citrini, sucum unius citri, quinque caryophylla, tres micas cinnamomi, unam lagoenam vini rubri. Calefacito, sed caveto, ne ebulliat.

pentapōma Suētīānum**, i.e. theodiscê *Schwedenpunsch*. Quod potulentum memorat ***Thomas Mann (1875-1955) Germanus auctor *Buddenbrookianorum* illustrissimus, in quibus *Christianus* dolorosâ cum subtilitate narrat de crapulâ, qualis efficitur pentapomate Suetiano immodicê potato. En accipe duo praecepta Suetiani pentapomatis conficiendi, de quibus etiam Erhardus² nos benignê facit certiores:

Praeceptum I: Commisceto litram dimidiam arracii et dimidiam litram albi vini Portucalensis, sucum citrinum indito. Quam potionem apponito praegelidam.

Praeceptum II: Ducenta gramma sacchari dissolvito dodranti litrâ aquae ebullientis. Addito unam lagoenam vini albi et dimidiam litram arracii. Quod pentapoma calefacito et apponito fervidum.

¹ Erhard Gorys, dtv-Küchenlexikon. Von Aachener Printen bis Zwischenrippenstück. 3.Auflage 1980.

² Erhard Gorys, op.mem., p.165.

Et nunc ultima scaena – ut ita dicam – **THEATRI** nostri
PENTAPOTAMICI:

***pentapōma *theānum**, i.e. theodiscê *Teepunsch*¹:

Curato, ut una lagoena vini rubri, quattuor cochlearia sacchari, duo caryophylla, una mica cinnamomi breviter ebulliant, addito dimidiam litram theae nigrae recenter paratam. Perficito pentapoma octavâ parte litrae arracii aut rhomii infusâ.

PENTAPOMA REGALE

POTULENTUM SILVESTRIANUM

MAXIME LAETIFICUM



¹ cfr Gorys, p.496sq.

Opus **Henrici (Heinrich) Spoerl**, c.t. **Die Feuerzangenbowle (ed. a.1935)**, est fabula romanica, quâ hilariter narratur de ineptiolis magistrorum cuiusdam gymnasii et technis discipulorum iocosis. Secundum argumentum eiusdem fabulae a.1943, saeviente secundo bello mundano, factum est cinema in Germaniâ perillustre. In eâdem **Henricus (Heinz) Rühmann** (+1994), histrio in Germaniâ diu maximê popularis, personam gerit praecipuam poetae, qui discipuli specie sibi inductâ in scholâ neccit dolos; persona autem directoris scholae geritur a **Theo(doro) Lingen** (+1978), cuius sannae ridiculae et vox per nares emissa semper inhaerebunt spectatorum memoriis. A.1988 de mirâ consuetudine studentium, quae spectat ad cinema Pentapomatis regalis, lêgi in *Speculo Hammaburgensi*¹ Ibidem refertur hoc cinema in universitatis Hammaburgensis auditorio maximo a studentibus in conventibus hilaribus et sollemnibus magno cum entusiasmo iterum iterumque spectari. Quibus in spectaculis pentapoma potari, lampades et candelas mirificas accendi. Multos studentes cinema toties spectasse, ut textus eiusdem ferê integros memoriter tenerent. Nunc autem, *Candida Lectrix, Candide Lector*, accipe praeceptum pentapomatis regalis concoquendi, quod invêni in Lexico Culinari **Erhardi Gorys**, s.v. Feuerzangenbowle:

Vinum rubrum unius lagoenae in ollâ calefacito. Ollae transponito forcipem igniariam, cui imponito petasum saccharinum. Saccharo infundito aut rhomium aut arracium fortissimum, accendito. Nunc saccharum liquefactum destillabit in vinum, ut potio fiat aromatica.

¹ i.e. horreum nuntiorum, q.d. „Der Spiegel“, Nr.2/5.1.1998, p.148, hebdomadali periodico politico-culturali in Germaniâ notissimo (quod olim fuit verê criticum verêque investigativum, sed interim flebiliter corruptum et degeneratum et ipso Barone Mynchusano mendacius, necnon – proh dolor! - minimê tam facetum quam ille!).




**PENTAPOMATOLOGIA
I.E.
HISTORIOLA
POTIONUM ALCOHOLICARUM
EX QUINQUE PARTIBUS
COMMIXTARUM
ET
CALEFACTARUM
QUAM SCRIPSIT
LEO LATINUS**



CHRONOGRAMMATA HERBERTIANA

Zum 01. Oktober:



Monatsbild im Breviarium Grimani, Brügge, ca. 1515

2022* Inter festa oCtobrIs sVnt Ista: pIae TeresIae a IesV Infante VIrgInIs, FranCIscI, BrVnonIs, RosarII beatae VIrgInIs, BIrgIttae, TeresIae VIrgInIs, LVCae, SIMonIs atqVe IVDae. – Zu den Festen des Oktober gehören die folgenden: der frommen Jungfrau Teresia vom Kinde Jesus (3.), Franziskus (4.), Bruno (6.), Rosenkranz der Seligen Jungfrau (7.), Birgitt (9.), der Jungfrau Teresia <d`Avila> (15.), des <Evangelisten> Lukas, <der Apostel> Simon und Thaddäus,

Zum 1. Oktober, dem **Fest der heiligen Theresa vom Kinde Jesu:**

2022* sanCta Theresa a IesV Infante, ora In CaeLIIs pro totIs nobIs MInIstrIs eCCLesIae DEI pVgnantIs. – Heilige Theresa vom Kinde Jesus, bete im Himmel für uns alle Diener der kämpfenden Kirche Gottes!

Zum 2. Oktober, dem **Fest der heiligen Schutzengel:**

2022* sanCtI AngeLI CVstoDes natVrae nostrae terrestrIs et fragILIs perVIgILes, aVertIte a nobIs totIs In VIIs nostrIs et praeLIIs Vitae et eXIItVs InsIDIas ferI proDIitorIs InfernI angeLI. – Ihr heiligen, überaus wachsamem Schutzengel über unsere irdische und zerbrechliche Natur, wendet von uns allen in den Kämpfen auf unseren Wegen des Lebens und Sterbens die Nachstellungen des schrecklichen teuflischen Engels ab.

2022* IneffabILI proVIDentIa Ipse sanCtVs et fortIs AngeLVs CVstos nos DefenDIt a praesentIbVs perICVLIIs hVIVs trIstIs VIae Vitae et transItVs. – Durch die unaussprechliche Vorsehung beschützt uns er, der heilige und mächtige Schutzengel vor den gegenwärtigen Gefahren dieses traurigen Lebensweges und Todes. - *Variante:* 2022* IneffabILI et CLara proVIDentIa sanCtVs et fortIs AngeLVs CVstos nos DefenDIt In nostrIs VIIs Vitae et In eXIItV atqVe trIstIs transItV. – Durch die unaussprechliche und hell leuchtende Vorsehung verteidigt uns der heilige und mächtige Schutzengel auf unseren Wegen des Lebens und beim Tod und traurigen Übergang.

Zum 4. Oktober, dem Fest des heiligen Franziskus:



Franziskus, Fresko von Cimabue, Detail der Maestà, Assisi, Unterkirche, um 1280

2022* FranCIscVs, frater sapIens soLI, LVnae, aerIs, terrae fLorIDae, In fIne MortIs trIstIs CorporaLI, oret pro nobIs. – Franziskus, der weise Bruder von Sonne, Mond, der Luft, der blütenreichen Erde, am Ende des körperlichen Todes, er bete für uns. – Nach dem Sonnengesang des heiligen Franziskus.

2022* sanCtVs FranCIscVS hoMo apostoLICVs sapIens, patIens, fortIs, egregIVs et CathoLICVs In LaetItIa VIVa seCVtVs est In terra VestIgIa ChrIstI IesV - Der heilige Franziskus, ein weiser, geduldiger, tapferer, hervorragender apostolischer und katholischer Mann, folgte auf Erden in lebendiger Freude den Fußstapfen Jesu Christi.

Zum 7. Oktober, dem Rosenkranzfest:



Nach der Rosenkranzmadonna von Riemenschneider, freie Kopie von Karl Müller, Riemenschneiderreplikate – heute in der Kathedrale von Cruzeiro do Sul

2022* fratres nostrI et sorores, orate sIne fIne rItē et In pIetate fortI rosarIVM VIrGInIs MarIae. – Unsere Brüder und Schwestern, betet ständig richtig und in starker Frömmigkeit den Rosenkranz der Jungfrau Maria.

2022* eIa festIVItas rosarII pIetatIs VIrGInIs MatrIs MarIae – Ja, Fest des Rosenkranzes der Frömmigkeit der Jungfrau Mutter Maria

Zum 9. Oktober, dem **64. Todestag von Papst Pius XII:**

2022* LXIII annIs ante VII ID. oCt. papa PIVs XII pastor angeLICVs et fortIs Defensor VrbIs et trIstIs popVLI IVDaICI transIIIt. – Am 9. Oktober vor 64 Jahren ist Papst Pius XII, der engelgleiche Hirt* und mutige Verteidiger der Stadt <Rom>** und des von Trauer erfüllten jüdischen Volkes *** gestorben. – Papst Pius XII, Eugenio Pacelli, 2.3.1876 - 8.10.1958 - *aus der Malachiasweissagung - **Titel vom römischen Volk anlässlich seiner Beerdigung - *** so Golda Meir, damals israelische Außenministerin und spätere Premierministerin des Staates Israel, in ihrem Kondolenzschreiben

2022* papa pIVs XII eVgenIo paCeLLI pastor angeLICVs et fortIs et LVX Clara, In horrIbILbVs IVstVs Inter natIones et InVICtVs Defensor eXtrItI popVLI IVDaICI ante LXIII annos transIIIt. – Papst Pius XII., Eugenio Pacelli, der engelgleiche und tapfere Hirt und helles Licht, unter schrecklichsten Umständen Gerechter unter den Völkern und unbeugsamer Verteidiger des zertretenen jüdischen Volkes, ist vor 64 Jahren gestorben. – Diese beiden Chronogramme geschrieben gegen die Lügen von Hochhuth, Cornwell, Goldhagen und des KGB – veritas vincat malefica mendacia – möge die Wahrheit die boshafte Lügengespinnste zerreißen!



Zum 9. Oktober, dem **Jahrestag der Leipziger Montagsdemonstration des 9. Oktober 1989**, als 70.000 mutige Menschen das Ende eines Unrechtsregimes einleiteten:

2022* aMor VnItIVVs fortIs fIat a nobIs sIne tIMore. - Die tapfere einheitsschaffende Liebe soll von uns ohne Angst geübt werden. - vgl. 1 Jo 4,18 – Variante:

2022* aMor In IVstItIa VerItatIs fIat pIe a nobIs sIne tIMore fortI. - Die Liebe soll in wahrhaftiger Gerechtigkeit fromm von uns ohne starke Angst geübt werden. - vgl. 1 Jo 4,18

Zum 10. Oktober, dem Fest des heiligen Victor von Xanten:



Büste des hl. Victor, Arnt von Tricht (1540/45), aus dem Märtyreraltar im Xantener Dom, Kopie von Otto Klein, heute Missionsmuseum Cruzeiro do Sul

2022* **VIC**tor **MIL**es **Veteran**us **eX**pert**Vsq**ue **Leg**ionar**IV**us **Caesar**is terrestr**is** n**Vn**C
Christ**I** **Cae**lest**is** pro **LI**bertate re**LI**gion**is** **Ver**itat**is** atq**ue** **Cons**cient**iae** orab**it**. –
 Victor, der altgediente Soldat und erfahrene Legionär des irdischen Caesars und jetzt
 des himmlischen Christus, wird für die Freiheit der Religion und des Gewissens der
 Wahrheit beten. – Victor von Xanten, Offizier der Thebäischen Legion, + um 302 in
 Xanten (Castra Vetera), Fest am 10. Oktober

Zum 11. Oktober, dem Fest des heiligen Papstes Johannes XXIII.:

2022* **Ioannes** **XXIII** papa **Ins**ign**is** **Con**CIL**II** **Vat.** **II** et en**CYCLIC**ae „pa**Ce**M **In**
 terr**is**“ **LXIII** ann**is** ante **V.** ka**L.** no**V.** e**Le**Ct**V**s est. – Johannes XXIII., der
 bedeutende Papst des 2. Vatikanischen Konzils und der Enzyklika „Pacem in terris“,
 wurde vor 64 Jahren am 28. Oktober gewählt. – Angelo Giuseppe Roncali, *
 25.11.1881, am 28.10.1958 als Nachfolger von Pius XII. zum 261. Papst gewählt,
 nahm den Namen Johannes XXIII. an, berief am 25.1.1959 das Zweite Vatikanische
 Konzil ein, veröffentlichte am 11.4.1963 die Enzyklika „Pacem in terris“, starb am
 3.6.1963, wurde von Johannes Paul II. am 3.9.2000 selig- und von Papst Franziskus

am 27.4.2014 heiliggesprochen; sein Fest ist am 11. Oktober, dem Datum, als 1962 das 2. Vatikanische Konzil eröffnet wurde.



2022* obeDIentIa et paX fortIs sIt totIs nobIs VsqVe aD fineM. – Gehorsam und starker Friede sei uns allen bis zum Ende. – Oboedientia et pax – Gehorsam und Frieden, lautete der Wahlspruch von Johannes XIII.



**Zum 12. Oktober, dem Fest der Muttergottes von Aparecida,
der Patronin Brasiliens:**



"Hoffnungshof Maria Magdalena" Cruzeiro do Sul, aus dem Nachlass von Kardinal Meisner


2022* **VIV**at genetr**IX** **Chr**ist**I** **FILII** **Dei** et nostra, sa**LVE** **VI**rgo s**Ine** **La**be or**Ig**na**LI**
ConCepta **Apare**C**IDA**, ora p**I**e pro tot**IS** nob**IS** pop**VL**o **VIV**ent**I** In Terr**IS** San**C**tae
CrV**CI**s. – Es lebe die Mutter Christi, des Sohnes Gottes, und unsere Mutter, sei
gegrüßt, ohne Makel der Erbsünde empfangene Jungfrau Aparecida, bete fromm für
uns alle, das Volk, das im Land des heiligen Kreuzes* lebt! – Das Chronogramm ist
bis zur Bitte am Ende die fast wörtliche Übersetzung des am meisten gesungenen
Liedes zu Ehren der Landespatronin. - *,„Land des heiligen Kreuzes“, ursprünglicher
Name Brasiliens, das am 22. April 1500 von Pedro Álvares Cabral erreicht wurde; der
Name Brasilien kam erst später auf, als das reiche Vorkommen von Brasilholz
entdeckt und ausgebeutet wurde. - „Aparecida“ – der Name erklärt sich dadurch, dass
am 12.10.1717 drei Fischern im Fluß Paraíba bei Guaratinguetá im Staat São Paulo
die bei einem Brand misslungene und in zwei Stücke zerbrochene und im Fluss
versenkte Statue der Jungfräulichen Empfängnis Mariens „erschieden“ (= gefunden
worden) war; sie hatten die ganze Nacht hindurch vergeblich gefischt, doch nach den
beiden Würfeln, bei denen sie die beiden Teile der Figur fanden, machten sie beim

nächsten Wurf des Netzes einen wirklich wunderbaren Fischfang, der ihr Boot füllte, was sich wie ein Lauffeuer herumsprach; die glücklichen Fischer setzten die Figur zusammen, brachten sie in ihre Hütten und verehrten sie zunächst dort; wegen ihrer Wundertätigkeit und der ständig zunehmenden Schar der Menschen wurde sie dann aber in eine für sie gebaute Kapelle gebracht; heute gibt es in „Aparecida do Norte“ eine der größten Marienwallfahrten und -kirchen der Welt; sie wurde von Papst Johannes Paul II. am 4.6.1980 feierlich eingeweiht.

2022* Mater IesV pVra, MarIa, aparVIstI nobIs pIIs. – Reine Mutter Jesu, Maria, Du bist uns Frommen erschienen.

Zum 15. Oktober, dem **Festtag der heiligen Theresa d`Avila:**

2022* pIa, fortIs et sapIens Teresa IesV D`aVILa DICIt nobIs: nIhIL te pertVrbet, nIhIL IbI In terra te terreat, nIhIL nIsI DeVs TrInVs, Pater et eIVs FILIVs atqVe SpIrItVs te satIsfaCIat. – Die gottesfürchtige, tapfere und weise Teresa von Jesus d`Avila sagt uns: Nichts soll dich verwirren, nichts dort auf Erden soll dich erschrecken, nichts außer dem dreifaltigen Gott, dem Vater und seinem Sohn Jesus und dem Heilige Geist soll dir genug sein! – *Der Ordensname der heiligen Kirchenlehrerin Teresa d`Avila (28.3.1515 – 4.10.1582) lautete „Teresa von Jesus“.*



Peter Paul Rubens: Theresa d`Avila

2022* Teresa pIa et sapIens et fortIs, fVLCIaM te CarIs, DVLCIbVs, VirentIbVs et spIrantIbVs atqVe eXVberantIbVs fLorIbVs. – Fromme, weise und tapfere Theresa, ich will dich aufrechterhalten mit teuren, süßen, blühenden und duftenden und reich überquellenden Blumen. – nach einer Antiphon ihres Festes

2022* Teresa IesV D´aVILa pIa et sapIens DICIt totIs nobIs: nIhIL Ibi In terra te pertVrbe, nIhIL te terreat, nIhIL tIbI aberIt, sI DeVs VerVs, Pater et FILIVs atqVe SpIritVs te satIsfaCIt. – Die gottesfürchtige und weise Teresa von Jesus d`Avila sagt uns allen: Nichts auf der Erde soll dich verwirren, nichts soll dich erschrecken, nichts wird dir fehlen, wenn der wahre Gott, der Vater und der Sohn und der <Heilige> Geist dir genügt. – *Der Ordensname der heiligen Kirchenlehrerin Teresa d`Avila (28.3.1515 – 4/15.10.1582) lautete „Teresa von Jesus“; die seltsame Datumsangabe ist richtig; denn in der Nacht ihres Todes trat die Gregorianische Kalenderreform in Kraft, so dass auf den 4. Oktober gleich der 15. folgte!*

Zum 16. Oktober, dem **Fest der heiligen Hedwig**:

2022* aVe, HeDeVVIgIs, aLta et fortIs et sanCta VXor DVCIs SILEsIae, fVISTI patIens apostoLa paCIIs et pIetatIs, ora pro totIs nobIs In aVLa CaeLestI, Vt VenIat paX VnIVersaLIIs et Verae IVstItIae pro CVnctIs europaeIs et orbIs nostrI patrIIIs! - Sei begrüßt, Hedwig, erhabene und starkmütige und heilige Gattin des Herzogs von Schlesiens, du warst eine geduldige Botin des Friedens und der Frömmigkeit! Bitte für uns alle am himmlischen Hof, dass ein allgemeiner Friede und ein Friede der wahrhaftigen Gerechtigkeit für alle europäischen Vaterländer und die unseres Erdkreises komme!

HAEC CHRONOGRAMMATA
PIO ANIMO CONFECIT
PATER HERBERTUS DOUTEIL
BRASILIENSIS

ECHUS VOCES EPISTULAE

CHRISTIANUS LAES PRAESES ALF

d.07. m.Dec. a.2022 h.00:14

Christianus Laes omnibus sodalibus ALF salutem plurimam!

Musa technica, si exstat, non nimis nobis favente, sodales carissimi, fieri nondum potuit ut prima acroasis menstrua haberetur. Sed lubet mihi nunc programma vobis annuntiare hoc:

die 28 mensis Ianuarii: Theodericus Sacré, De Livio, sed Andronico, carmen ignotum atque ineditum;

die 25 mensis Februarii: Curtius Smolak, "FLENTEM dicere verum" sive De saturis non satiricis;

die 25 mensis Martii: Carolus Rossi, Claudius Piga: De Federico Borromaeo eiusque columnis colossicis;

die 29 mensis Aprilis: Nicolaus Gross, De Orbe Picto, sive de lexico Hexaglotto.

Quas **sessiones instrumento Zoomiano nixas**, vobis semper annuntiabit Nicolaus noster De Mico. Semper habebuntur **hora quinta postmeridiana Bruxellensi**.

Vos interea valeatis pancratice atque venite, quaeso, frequentes!

Prof. Dr. Christian Laes

d.25. m.Dec. a.2022 h.11:55

Optima quaeque, mi sodalis optime, tibi exopto his diebus festivis! valeas valeasque, Christianus tuus

d.31 m.Dec. a.2022 h.14:28

Christianus Laes praeses omnibus sodalibus ALF salutem plurimam!

Est id etiam praesidis munus sat triste, sodales carissimi, ut collegarum obitus sit annuntiandus. Modo comperimus sodalem doctissimum Marcum Buonocore (1954-2022) hanc vitam terrenam reliquisse. Ad cuius merita epigraphica enumeranda, pagina, ne dicam liber, vix suffecerit. Fuit scriptor Latinus Vaticanus, atque modo complevit monumentum, supplementum dico voluminis noni Corporis Inscriptionum Latinarum, idque prorsus sane Latine exaratum. Sit ei terra levis.

Hoc ultimo anni die etiam preces vel cogitationes vestras petere velim pro papa emerito Benedicto XVI defuncto. Qui Doctor Ecclesiae etiam strenuissimus erat fautor linguae Latinae.

Vos interea, pancratice valeatis. Accipiatis, quaeso, vota mea sincera in annum novum.

Prof. Dr. Christian Laes, Departement Geschiedenis/ Department of History, Universiteit Antwerpen/ University of Antwerp Stadscampus-S.SJ.303- Sint-Jacobsmarkt 1 -2000 Antwerpen B 2000 Antwerpen


VICTORIUS CIARROCCHI PISAURENSIS

Victorius eis letricibus et lectoribus, qui et quae Benedictum XVI, P. M., memoratu vere dignum existiment, s. p. d.

Mercoledì 28 dicembre 2005

PESARO

Il Resto del Carlino V



VISITA Un pesarese latinista dal Papa Benedetto XVI

«La conoscenza della lingua latina sia rinvigorita nella Chiesa e sia inculcata nei riti e nelle discipline ecclesiastiche». E' la traduzione di quanto auspicato in latino da papa Benedetto XVI nel discorso rivolto ai 90 partecipanti all'incontro promosso dalla Fondazione «Latinitas», ricevuti in udienza lo scorso

28 novembre, nella Sala Clementina. Tra i partecipanti all'appuntamento annuale in Vaticano anche un pesarese: Vittorio Ciarrocchi (nella foto mentre stringe la mano a papa Ratzinger), collaboratore della redazione pesarese "Carlino".

La Fondazione — costituita dal

pontefice Paolo VI il 30 giugno 1976 con il chirografo *Romani sermonis* — ha lo scopo di promuovere, mediante appropriate iniziative, lo studio della lingua e delle lettere latine, classiche e cristiane, nonché del latino medievale, ed anche l'uso di questa lingua, specialmente nel mondo ecclesiastico.

Die 28 Nov.2005 coram Benedicto XVI, Summo ecclesiae Catholicae Pontifice, nonnulli consociationis 'Latinitas' nuncupatae sodales admissi sunt. Cletus Pavanetto, qui ipsam sodalitatem optime moderatur, cum alia tum verba protulit haec: *"Beatissime Pater, Summo gaudio plurimaeque laetitiae mihi est candidam salutationem Tibi proferre nomine huius selectae consociationis Tibique multas agere gratias praesertim ob eximiam benevolentiam qua nos hac in Petriana domo Tua dignatus es recipere. Quotquot ante Te consistunt, unam eandemque profitentur voluntatem fovendi perennem Latinitatem"*. [His verbis, quae exeunte Decembri a. 2005 scripseram (titulo excepto, quem diurnarius quidam voluit), nunc quaedam Italica, quae sub photographemate leguntur, breviter Latine addere conabor.

Pontifex ille hortatus est ut lingua Latina maxime in ecclesiae catholicae ritibus coleretur. Porro 'Fundatio', quam anno 1976 Paulus VI condiderat, commemoratur quippe quae studium atque usum totius linguae Latinae praesertim inter homines ecclesiasticos foveret]. Obiter: haec autem incepta (quod equidem sciam) annorum decursu paene nil aliud fuerunt nisi pia desideria. Valete.

JOANNES CAROLUS ROSSI MEDIOLANENSIS

d.29 m.Nov. a.2022 h.23:55

Nicolaus Groß Leo Latinus Joanni Carolo suo Epicureo salutem plurimam dicit. S.V.B.E.E.V.

Iamne accepisti, care Joannes Carole, Epistulam Leoninam 266? Quam modo tibi misi. Ibidem inest prolixa symbola quae spectat ad Latinitatem vivam (p.24-50). Spero te huius symbolae argumentis delectatum iri. In eadem symbola refero etiam de Orbe Picto Hexaglotto, qui velim complectatur duos tomos, unum picturarum, alterum glossarum. Ceterum Latine reddidi symbolam, quae spectat ad linguae Hebraicae resuscitationem. Ben Jehuda fuit vir vere singularis, qui linguam Hebraicam resuscitaturus primo irrisus est, sed industria atque perseverantia id assecutus est, ut linguam biblicam iam pridem mortuam ad vitam revocaret.

De his rebus aliisque quaecumque tibi in buccam venerint, sodalis carissime, velim scribas mihi. Pancratice vale et perge mihi favere. Medullitus te salutat

Nicolaus Leo Latinus

Am 30.11.2022 um 20:06 schrieb Joannes Carolus Rossi:

Accepi nuperrime, mi Nicolae, lectitavi hac illac - uberius est enim materia proposita quam ut brevi tota consideretur- sed paulisper in anagenesi linguae Hebraicae immoratus sum, de qua nonnulla a patre Suitberto meo, qui linguas semiticas Vindobonae diu tradidit, acceperam. Mox autem tecum plura. Interea vale multum.

Il 02/12/2022 01:53, SPQR ha scritto:

Nicolaus Joanni Carolo Epicureo sal.pl.

Pergas, quaeso, care Joannes Carole, Leoninam lectitare, et quaecumque tibi in buccam venerint, scribe mihi: quae - ni erunt nimis obscaena (!) - divulgabo in proxima Epistula Leonina. Nam maxime aestimo Latinitatem tuam politissimam, quae oportet sit exemplo lectoribus Latine scripturientibus. Vale basilice, mi care sodalis, et carpe diem, sis animo sereno etiam caelo nubilo et perge mihi favere. Medullitus te salutat Nicolaus Leo Latinus.

P.S. Modo lexicon meum pertractans audio modos musicos Ennii Morriconis compatriotae tui, quibus animus semper inflammatur! Quid tibi videtur de musica Morriconiana? Et de cinematibus Sergii Leonis? Scribas mihi! NLL

d.02. m.Dec. a.2022 h.09:14

Joannes Carolus Nicolao s.

Primo mane symbolam tuam, quam coram Sodalicii Leoniani asseclis habuisti theodisce, legi, in qua multa conguessisti argumenta, quibus et ipse uti soleo. Non dubito quin nonnullis auditoribus persuaseris de linguae latinae praestantia. Hoc autem te rogare volo. In extrema oratione Arthuri Schopenhauer philosophi mentionem iniecisti, asserentis versionibus e proprio in Romanorum sermonem valde mentis aciem exerceri. Idem quondam legisse mihi videor in Voce Latina, sed nec memini loci, neque alibi istam philosophi sententiam repperi. Pergratum igitur feceris, si mihi locum significaveris unde decerptus sit. Vale leonine amice!

d.14. m.Dec. a.2022 h.11.38

Nicolaus Joanni Carolo suo sal.pl. s.v.b.e.e.v.

Quid fit quid agitur, optime Epicuri hortulane? Nonne accepisti ARTHURUM TOGATUM quem exoptaveras? De eodem scribas quaeso quidquid tibi in buccam venerit. Vale pancratice et perge mihi favere. Medullitus te salutat Nicolaus Leo Latinus.

d.25. m.Dec. a.2022 h.23.19

Joannes Carolus Nicolao suo salutem!

Etsi interdum non idem de re politica sentire videmur, tamen de Arctoamericanorum imperiosa ac flagitiosa dictione omnino unanimes sumus. Legi enim in Epistola Leonina nuper allata ea quae ad litteras Victorii Ciarrocchi rescripsisti, et maximam partem probavi. - Perplacuit profecto index, litteris subjunctus tuis, ex quo uno conspectu cognoscitur quotiens in quadraginta annis ab Arctoamericanis foederatis jus gentium sit impune effractum. Excipio solum bellum aegyptiacum, quod nisi bellatum esset, jamdudum non modo perisset Israeliana Respublica, sed etiam id Muslimi assecuti essent, quod non valuit Hitlerius. - Sed scio de hac questione magnam esse etiam inter viros bonos controversiam, et ideo eam hic praetermitto. - Siquis autem me roget utrum Bidenio an Putinio faveam, quasi dilemmatis sint cornua carnifices isti, respondeam: Neutri! - Quodsi enim ille jura gentium perfregit, delevit hic jura civilia; si hic fines patriae suae vi ac bello tuetur adversariosque suos interimere non dubitat; ille imperii Opum Capitalium fines quaquaversus propagare studet, neque se bello, conjurationibus, stragibus, homicidiis, *praxicopematis* in alienis Civitatibus abstinet. Huc accedit quod neque in Civitatibus Foederatis, neque apud Ruthenos ullo pacto reus in judicio sisti velim... nam apud utrosque judices sunt politicis obnoxii atque indoctae plebis sensui communi, magis quam legibus, obtemperant. - At non de his agere cupiebam, sed de diurnariorum libidine servitii, qui, praeter perpauca, opiniones suas non profitentur, quales sunt cumque, sed veritatem vel supprimunt, vel detorquent, ad minorum nutum. - Diurnariorum vitia, quorum nonnulla exempla praeclara regnante Silvio Perlusco apud nos edita sunt, nunc apertissime in bello Ucrainico emerferunt. Non licet enim cuiquam causas belli exquirere ac iudicium aequabile de iis facere, vel saltem dubitare de rebus utrimque vulgatis, quum ecce statim laceratur ab istis hyaenis, quasi esset Putinii delictorum

consciis et adiutor. - Fortasse rogabis num de studiis factionum agatur, sicut fit in pediludii certaminibus: minime! Sive laevae, sive dexteræ, sive etiam medianæ favent factioni, fidem isti se Americanis habere clamant, vel eorum neurospasto chiovensi. - Hic vero oportet tibi narrem res a Roberto Calderoli R.P. administro, Ligariorum assecla, Afrorum osore, quondam gestas. - Ante nonnullos annos, ut Islamicos lacerasset, aperta subucula indusium coram omnibus ostendit, in quo depicta erat ridicula et contumeliosa Machometi imago. Quo cognito, turba Islamistarum in pago Berenice -nunc audit Bengasi- ad Italorum legationem tumultuans confluit, ut legatos eorumque ministros ultionis causa interficeret. Quod facinus Publici cohibuerunt armis: decem interempti, quinquaginta vulnerati ex Lybicus, Itali salvi. Apud nos omnes reprehenderunt Calcederolium, ut facinoris impulsorem, atque ipse Aministrorum praeses Silvius Perluscus illius inceptum reprobavit. - Quid diurnarii? En eorum opinionum summa: turbas fanaticas concitare non debueras, quarum iræ praesciebas quo essent erupturae. Temere egisti et inhumane: in te, Calderoli, recidit turbae et excidii culpa. - Haec narraui, ut hoc quaererem: cur iidem ipsi diurnarii qui Calcederolium laceratorem merito reprobaverunt, Arctoamericanos non reprobant, qui usque ad insaniam Putinium quindecim fere annis lacerando impulerunt? - Duplex sententia pro eadem re nata! Quodsi autem has meas litteras legerent, statim ejularent esse me Putinianum patriaeque inimicum! Contra vero non laudo autocratam, immo pertimesco, sed jus libere sentire de quavis re mihi vindico! Istud quidem servis non placet. - Vale!

NAEVIUS SARTORIUS

d.25. m.Dec. a.2022 h.09:36

Naevius Nicolao s.

Care Nicolae, gratias ingentes pro chartula tua (mihi valde placuit) et pro epistula nova. Accepi epistulam, sed PDF laesum esse videtur. Non - ut aiunt - "aperire" et legere potui. Mittas, quaeso, epistulam tuam denuo. Haec raptim, mox plura. Gratias maximas tibi agit et medullitus te salutat festo natalicio Domini VN

d.26. m.Dec. a.2022 h.01:53

Nicolaus Naevio s.

Gratias pro nuntio! Valdê gaudeo te chartulam recto tempore accepisse. Cursus publicus videtur opinione melior esse. Sed Epistulam Leoninam 267 iterum tibi missurus sum. Utinam nunc missio succedat feliciter! Scribas mihi quam maturrimê. Alii, quantum video, bene acceperunt. – Iamne audivisti orationem Professoris *Maximiliani Otte* alternativam? - „*Bewahren Sie sich Ihren Mut und ihre Zuversicht*“ |Weihnachtsansprache von Max Otte **Utinam dies festos degas iucundissimê!** Medullitus, N

d.26. m.Dec. a.2022 h.15:22

Naeui Nicolao s.

Care Nicolae, soceris modo domum in Tremoniam profectis tibi demum respondere possum. Missio felix fuit: accepi epistulam, eam legere potui. Gratias magnas pro emendatione mendorum meorum; hoc modo optime intellegere possum ubi sint lacunae grammaticae. Chartulam recto tempore accepi. Rectissime perspexisti animae meae inesse "quoddam desiderium pulchritudinis atque subtilitatis". Profecto quaero pulchritudinem ubique: in regionibus, in architectura, in rebus cottidianis, in faciebus feminarum. Orationem Otte audiam mox. Cura ut valeas VN

d.26. m.Dec. a.2022 h.16.49

Nicolaus Naeui s.

Admiratione tuâ pulchritudinis, care amice, mihi natate videris *adverso flumine* aetatis; nam talis affectus animi contrarius est spiritui temporis. Iam pridem pulchritudo in suspicionem vênit phyletismi; nam pulchritudo cum naturaliter rara sit, semper facile fit, ut arrodatur a Livore edacissimo. En aspice Prasinorum Claudias, Ricardas, Catarinas, Emilias, viperas, excetras, semicupas, bacciballa, lemures, bufones, rubetas, harpyas: quae pulchritudini maledicentes et oppedentes vigent valent iubilant superbiunt foeditate suâ corporum et animarum! Vivimus aetate foeditatis; pulchritudo se avertit a nobis et lacrimat amarissimê. Ergo calophiliâ tuâ inductus natus flumine *adverso*; at nôtum est pisces *secundo flumine* non natate nisi mortuos. Ergo tu vive et vale cumque tuis gaude diebus festis. Medullitus te salutat **Nicolaus.**

d.27. m.Dec. a.2022 h.14.26

Naeui Nicolao suo s.

Elegantissime descripsisti calophiliam meam et aspectus quendam spiritus temporis spectantem ad pulchritudinem et perceptionem eius.

Recte dicis istas genderistas, prasinas et alias mulieres horribiles clandestine sentire corpora sua magnae foeditatis esse. Ideologia velut *Body Positivity* et *Feminismi* eis cuidam scuto est, fortasse etiam repressioni Freudianae. Eo modo habent instrumentum ideologicum psychologikumque, quo foeditatem corporum in emancipationem quandam convertere student. Dicunt - ni fallor - foeditatem esse solum perceptionem, imprimis sane perceptionem masculam. Immo dicunt omnia corpora humana pulchra esse. Apparet haec dicta non vera esse posse, sed imprimis optata esse. Sic – cum grano salis – convertunt hae mulieres desiderium perenne humanum in ideologiam.

Sed, puto etiam alterum aspectum pulchritudinis eo tempore esse. Habemus totas industrias pulchritudinis, quae efficiunt imaginem corporis humani perfecti – imaginem quae non vera, quae non realis esse potest. Spectes photographias in divulgatione cottidiana videndas: Quid aspicere potes? Imagines retractatas feminarum et virorum summae pulchritudinis, elegantiae, habitus perfecti et – scilicet

– producta venditata. Specta hic (interrete) facies notorum actorum et notarum actricum velut Jonny Depp, Jude Law et Natalie Portman:

https://www.google.com/search?q=dior+werbung&client=firefox-b-d&source=lnms&tbm=isch&sa=Xved=_2ahUKEwiEv7fQxpn8AhVqSfEDHehgCgkQAUoAXoECAEQAw&biw=1856&bih=885&dpr=1

Talibus imaginibus artificialibus industriae instant hominibus imagine superpulchritudinis, quae in vita vera paene inconcessa est; scilicet creare volunt desiderium talis pulchritudinis obtinendae. Subtextum earum imaginum facile perspicendum est: Ei promittunt – ut adicio: insincere – „talia corpora et facies habebitis, si emitis haec producta“. Finis rei omnis est scilicet lucrum. Sed tali divulgationi sunt effectus adversi: Imprimis multae puellae student desiderio commotae habere corpus quoddam perfectum, sed desperant de eo non obtinendo, etsi emunt producta cosmetica venditata.

Quod attinet ad dicta Weideliana, tres res mihi memoratu dignae esse videntur:

- Apparet Aliciam non putare esse apparatus qui dicitur „*deep state*“. Solum dixit: *Just follow the money, follow the interests* – Latine: cui bono?

- Deputati Alternativorum animo aequissimo tolerare debent diffamationes cottidianos et mores inurbanos factionum aliarum; scutum quoddam forte psychologikum habere debent – Theodisce: „*ein dickes Fell*“.

- Alicia etiam valde dubitat an factioni transversae („*Querfrontpartei*“) futurum bonum sit. Clare dixit Sahram et se de rebus oeconomicis et aliis maxime dissentire, etsi eo tempore feminae ambae multas res aequae vituperant.

Vale semper, amice care

Naeivus

d.30. m.Dec. a.2022 h.10:09

https://www.focus.de/gesundheit/coronavirus/pandemie-langzeitbefragung-die-meisten-deutschen-wollen-weiter-masken-und-isolationspflicht_id_180452795.html

NICOLAUS NAEVIO SUO S.

“FOCUS“ NUNTIAT DEMOSCOPIĀ INVENTUM ESSE PLEROSQUE GERMANOS VELLE RETINERE OBLIGATIONES MASCAE GERENDAE ET INSULATIONIS (QUARANTAENAE). NUM ISTUD VERUM EST??? ESTNE TOTA GERMANIA MAGNUM MOROCOMIUM LAUTERBACHIANUM??? N.

NAEVIO NICOLAO S.

PUTO HOC VERUM ESSE. GERMANI NEUROSII (NERVORUM INFIRMITATE) LABORANT. VALE, NAEVIUS.

RADULFUS LAVALLE ARGENTINUS BONAEROPOLITANUS

d.27. m.Dec. a.2022 h.00.05

Radulfus Leoni Latino s.

Care amice, Ignosce. Legere incepti et in p. 5, nisi fallor, REGIMEN SANITATIS SALERNITATIS legitur, non SALERNITANUM. Ne divulges, precor, hanc minutiam. Ego plurima menda committo. Vale, Radulfus

Leo Latinus Radulfo suo s.

Summas gratias, care Radulfe. Mendum recte correxisti. Proxima in EL indicabo. Vale semper et fruire diebus festis. Haec breviter, mox certe plura. LEO LATINUS

EMENDANDA ET SUPPLENDA

p.5 recte scribendum fuit: SALERNITAN**UM**, non: SALERNITATIS.

REGIMEN SANITATIS SALERNITANUM****
saec.XI, Ed. Edoardo Mori a.2018.

Rectê correxit Radulfus Lavalle Argentinus Bonaeropolitanus lector attentissimus. Gratias ei ago plurimas!

VOTA IN ANNUM MMXXIII OBLATA



**CARA LECTRIX CARE LECTOR
IN ANNUM BIS MILLESIMUM VICESIMUM
TERTIUM LEO LATINUS TIBI EXOPTAT
OPTIMA QUAEQUE:**

**UTINAM FRUARIS VALETUDINE
PROSPERRIMA, UTINAM FELICISSIME
SUCCEDANT NEGOTIA TUA PRIVATA ET
PROFESSIONALIA !**



INDEX DISCORUM LEONIS LATINI

NR	Num. mandataelae	ISBN	TITULUS	AUCTOR	TRANSLATOR	ANNUS	FORMA	AMPLITUDO	PRE-TIUM
1	00104	978-3-938905-00-5	FABELLA TEXTORIS VERSUTI PALAEOINDICA	Anonymus (Old Indian)	Nikolaus Gross	2004	CD-ROM pdf	7 pp.	€ 17,90
2	00104A	978-3-938905-15-9	FABELLA TEXTORIS VERSUTI PALAEOINDICA– Libri audibiles	Anonymus (Old Indian)	Nikolaus Gross	2005	Audio	21 min.	€ 22,90
3	00204	978-3-938905-01-2	TRES FABULAE EDGARII ALLANI POE: CATTUS NIGER - RANUNCULUS - PUTEUS ET PENDULUM	Edgar Allan Poe	Nikolaus Gross	2004	CD-ROM pdf	33 pp.	€ 27,50
4	00304	978-3-938905-02-9	ANECDOTA REI PROXIMO BELLO BORUSSICO FACTAE	Heinrich von Kleist	Nikolaus Gross	2004	CD-ROM pdf	6 pp.	€ 17,90
5	00304A	978-3-938905-16-6	ANECDOTA REI PROXIMO BELLO BORUSSICO FACTAE –Libri audibiles	Heinrich von Kleist	Nikolaus Gross	2004	Audio	6 min.	€ 20,90
6	00404	978-3-938905-03-6	MEMENTO MORI	Alexander Saxon	Nikolaus Gross	2004	CD-ROM pdf	7 pp.	€ 17,90
7	00404A	978-3-938905-17-3	MEMENTO MORI – Libri audibiles	Alexander Saxon	Nikolaus Gross	2005	Audio	20 min.	€ 21,90
8	00504	978-3-938905-04-3	DE CRAMBAMBULO	Marie von Ebner-Eschenbach	Nikolaus Gross	2004	CD-ROM pdf	14 pp.	€ 19,50
9	00604	978-3-938905-05-0	DE DINOSAURIS	Nikolaus Gross	-----	2004	CD-ROM pdf	16 pp.	€ 19,00
10	00704	978-3-938905-06-7	SUDATORIUM VENERIS	Diogenes Anaedouus	-----	2004	CD-ROM pdf	11 pp.	€ 19,50
11	00804	978-3-938905-07-4	PERICULUM FRANCISCI	Diogenes Anaedouus	-----	2004	CD-ROM pdf	7 pp.	€ 17,90
12	00904	978-3-938905-08-1	NUPTIAE ABDERITANAE	Bertolt Brecht	Nikolaus Gross	2004	CD-ROM pdf	21 pp.	€ 22,00
13	01004	978-3-938905-09-8	TESTAMENTUM REYNERI BERLBYN	Henricus van den Lande de	-----	2004	CD-ROM pdf	7 pp.	€ 17,50

				Raelt					
14	01104	978-3-938905-10-4	DE SANCTO NICOLAO DEQUE VIRO NATALICIO	Nikolaus Gross	-----	2004	CD-ROM	21 pp.	€ 22,00
15	01204	978-3-938905-11-1	FABELLAE GRIMMIANAE 1	Jacob Grimm/ Wilhelm Grimm	Nikolaus Gross	2004	CD-ROM pdf	28 pp.	€ 24,90
16	00105	978-3-938905-12-8	ROMULUS MAGNUS	Friedrich Dürrenmatt	Nikolaus Gross	2005	CD-ROM pdf	49 pp.	€ 31,90
17	00205	978-3-938905-13-5	DE THILO CUSTODE FERRIVIAE	Gerhart Hauptmann	Nikolaus Gross	2005	CD-ROM pdf	28 pp.	€ 24,90
18	00305	978-3-938905-14-2	HISTORIA AGATHONIS (LIB.1)	Christoph Martin Wieland	Nikolaus Gross	2005	CD-ROM pdf	15 pp.	€ 19,50
19	00405	978-3-938905-19-7	WERTHER IUVENIS QUAE PASSUS SIT	Johann Wolfgang von Goethe	Nikolaus Gross	2005	CD-ROM pdf	82 pp.	€ 38,90
20	0050 5A	978-3-938905-22-7	CICERONIS ORATIONES IN CATILINAM HABITAE 1 – Libri audibiles	M.T. Cicero	-----	2005	Audio	40 min.	€ 21,90
21	0060 5A	978-3-938905-18-0	SOMNIUM SCIPIONIS A CICERONE SCRIPTUM – Libri audibiles	M.T. Cicero	-----	2005	Audio	30 min.	€ 20,90
22	0070 5A	978-3-938905-23-4	CAESARIS BELLUM GALLICUM 1 – Libri audibiles	C.I. Caesar	-----	2005	Audio	55 min.	€ 22,90
23	00106	978-3-938905-21-0	AUTOBIOGRAPHIAE LATINAE	Nikolaus Gross	-----	2006	CD-ROM pdf	87 pp.	€ 48,00
24	00206	978-3-938905-20-3	DISQUISITIO CHEMICA ACIDULARUM BERGENSIUM ET GOEPPINGENSIIUM	Karl Friedrich Kilmeyer	Nikolaus Gross	2006	CD-ROM pdf	66 pp.	€ 38,00
25	0030 6A	978-3-938905-24-1	CAESARIS BELLUM GALLICUM 2 – Libri audibiles	C.I. Caesar	-----	2006	Audio	61 min.	€ 22,90
26	0040 6A	978-3-938905-25-8	CICERONIS ORATIONES IN CATILINAM HABITAE 2 – Libri audibiles	M.T. Cicero	-----	2006	Audio	41 min.	€ 21,90

27	0050 6A	978-3- 938905- 26-5	EPISTULAE A SENECA AD LUCILIUM SCRIPTAE 1 – Libri audibiles	L.A. Seneca	-----	2006	Audio (2 CDs)	88 min.	€ 27,90
28	00107 A	978-3- 938905-27- 2	ASINUS AUREUS AB APULEIO SCRIPTUS	Apuleius	----- --	2007	Audio	55 min.	€ 23,90
29	0020 7A	978-3- 938905-28- 9	OBSIDIO SAGUNTI A T.LIVIO DESCRIPTA	Livius	-----	2007	Audio	53 min.	€ 23,90
30	00307	978-3- 938905-29- 6	FABELLAE GRIMMIANAE II	Jacob Grimm/ Wihelm Grimm	Nikolaus Gross	2007	CD- ROM pdf	58 pp.	€ 32,90



CARA LECTRIX, CARE LECTOR, BENE VALE,

USQUE AD SEPTIMANAM PROXIMAM !

**HANC EPISTULAM LEONINAM
DUCENTESIMAM DUODESEPTUAGESIMAM**




VENUS CORPORE MENTE MINERVA

SENDEN IN OPPIDULO BAVARIAE SUEBICAE

PERFECIT

Die Lunae, 02. m.Ian. a.MMXXII



**Dr. Nicolaus Groß
LEO LATINUS
Sodalis Academiae Latinitati Fovendae**